



**Apologia breuis et necessaria Marci Beumleri Tigurini, in qua
primo? exponuntur caussæ, cur Iacobi Andree? manus &
lingua, instar Ismaelis, sit contra omnes. : Deinde diluuntur
falsæ criminationes, quas in postremis suis scriptis adversus
D. Jo. Jacobum Gryne?um, partim in Marcum Beumlerum,
partim in D. Huldrichum Zwinglium, partim deni?que in
inclitam Rempub. Tigurinam, sine fronte & mente confinxit.**

<https://hdl.handle.net/1874/424455>

22131

Henry
Evans

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.

357

U.B.U.



21

1711
1712
1713



DE RUM
CONTES

357

Theologia

Octavo n°. 357.

qui huc iuncti aemnatae. si qd psonae placor rema p. et propria
c. sultacolb. et d. qd. qd. viderim. et p. t. pson. si pugnare
fi. et. c. t. t. f. g. l. qd facit pugnare d. qd. qd. d. c. t. a. c. t. n. o. p.
illid et pugnatur. t. h. c. t. d. g. ea spuana ualeat quicquid fuit et si rem
bri admissando uenito trapieto aduulatur et non dant. at. s. si rem
t. r. c. u. s. qd i. p. r. u. c. t. q. r. s. p. u. n. a. s. p. m. o. n. a. s. et b. p. f. i. m. a. r. l. p. t. r. a. h. l. c. i.
alqns i. t. r. u. s. a. c. q. n. a. r. e. c. t. e. n. p. a. n. d. et illud c. t. a. s. t. b. u. c. t. r. a. n. t. p. p. a. u. t. e. n. r.
p. m. a. p. r. i. u. r. d. a. et q. o. m. o. d. t. b. p. f. e. c. t. i. si neg. c. t.

APOLOGIA BREVIS ET NECES-

SARIA MARCI BEVMLERI

Tigurini, in qua primò exponuntur causæ,
cur Iacobi Andreæ manus & lingua, instar Il-
maelis, sit contra omnes. Deinde diluuntur
falsæ criminationes, quas in postremis suis
scriptis aduersus D.lo. Iacobum Grynçum,
partim in Marcum Beumlerum, partim in
D. Huldrichum Zuinglium, partim de-
nique in inclitam Rempub. Tigu-
rinam, sine fronte & men-
te, confinxit.


Ex libris Brugell.

PSALM. CXIX.

Veniant mihi misericordie tua leho-
ua: salus tua secundum sermonem tuum.
Ver eſpondet am probro me afficieni ver-
bum: quia confido verbo tuo.

TIGVRI APVD CHRISTOPH.
FROSCH. M.D.LXXXV.





REVERENDIS

ET CLARISSIMIS VIRIS, ECCL
ESIAE SCHOLAEQVE, IN
inclita urbe Tigurina, Antistitibus, Domini-
nis, Patronis, ac Præceptòribus suis in Chri-
sto Iesu sibi plurimum amandis, salu-
tem, pacem, & gratiam à Deo pa-
tre luminem, precatur:


VOTIES CVNQVE, clari-
ssimi Viri, Patroni ac Præ-
ceptores plurimum reuerendi,
de statu & conditione, quia Ec-
clesia nostra post restitutam
Euangelij doctrinam usq; est & etiamnum
bodie utitur, cogito: toties in memoriam re-
deo præclari & experientia omnium tempo-
rum comprobati dicti, quod extat apud Eu-
ripidem:

Συ δέντι χωρίς ιδεῖν τὰ κρηπῆ τὰ ισθλά,
αλλ' δέντι περιγραφοί.
Nam etiam si magna & multa beneficia
a Deo accepit: tamen ea quoque suis diffi-

E P I S T O L A

cultatibus, quibus quodammodo temperantur, non carent. Domi quidem alta semper fuit pax, summa concordia, constans in doctrina consensio, mutuus docentium & discentium minimeque fucatus amor, alacre verbum Dei promouendi studium. Magna profectò bona liberalitate Dei admirabili concessa. Intuemini enim non solum vicinas Respub. sed etiam animis vestris lustrate totum terrarum orbem: atque modo enumerata bona nemini, ita ut nobis, euenisse cognoscetis. Quò autem præclariora illa sunt, & quo paucioribus obtingunt, eò ardenter Deus nobis orandus & exorandus est, ut nobis illa, tanquam salutaria halcyonia, diu turna & constantia esse velit: nobisque summis viribus enitendum, ut ne ullo modo à nobis violentur, sed sarta tectaque potius conserventur. Hoc autem procul dubio consequemur, si maiorum nostrorum vestigijs insistendo, maioris fecerimus publicum quam priuatum commodum: si glorie potius Dei, quam nostræ honori consulere & seruire studuerimus: si maiores natu, nobis iunioribus
pietate

DEDICATORIA.

pietate, sobrietate, modestia, constantia, studio, industria, vigilantia præluxerint, atque ad omne virtutum genus quasi faces prætulerint: si denique nos iuniores egregias illas Patrum & Preceptorum virtutes, quæ hactenus, absit assentationis suspicio, haud obscurè emicuerunt, exprimere & consequi sedulò laborauerimus. Nam hæc sunt illa seminaria, hæc sunt fundamenta & fulcra, quibus res florentes propagantur, confirmantur, augescunt & stabiliuntur.

Ad hæc verò studia excitabimur & propinquemur omnes, si cogitauerimus ista, quibus liberalissimo Dei munere fruimur bona, suas quoque habere difficultates, neque extra omnem teli iactum, ut est in veteri proverbio, posita esse: sed à pluribus oppugnari, quam vulgus existimare possit: atque idcirco nobis circumspetè agendum esse. Nam quotidie audimus non solum nos, sed etiam maiores nostros, heroas illos nunquam sat is laudatos, per quos Deus veram Euangeliū lucem nobis reddidit, ab homi-

E P I S T O L A

nibus inquietis intolerabilibus conuicijs on-
rari, gravissimorum errorum accusari, fal-
sorum criminum insimulari, diris & inquis
anachematismis feriri, omnium heretico-
rum posse homines natos pessimos nocencis-
fimosque proclamari & ubique prescribi. Ne-
que vero haec à Pontificijs solū, quos sci-
mus à nobis capitali uigilie & auxiliis odio
ab sidere, sed etiam & quidem multò magis
& immodestius ab iis, qui iugum Pontifi-
cium abiecerunt, & unā nobiscum de E-
uangelio & uno Christo mediatore glorian-
tur, perpetrantur: ita ut ab illis non ma-
gis, quam ab his nobis meruendam & ca-
uendum sit. Hæc hæc sunt illa, Patres &
Præceptores reuerendi, quæ nos ad studi-
um pacis, murui amoris excusitare de-
bent: hæc sunt, quæ nos diligentiam & o-
peras coniungendas inuitare debent: hæc
denique sunt, quæ nos ad domesticas inimi-
citas, ad clandestina odia, ad priuatas
simultates, si quædam inter nos existant,
deponendas & extinguedas impellere me-
ritio debent: si qui dem nobis ipſi, si quidem

DEDICATORIA.

conscientia nostrorum auditorum, siquidem patriæ, siquidem glorie Dei consultum volamus. Nam nullam aliam ob caussam Deus, prudentissimus Pater, nos ex externis illis malis vrgeri & premi finit, quam ut socordiam & soporem ex animis nostris ejiciat, & studium boni publici tuendi in nobis accendat, ut operas nostras coniungamus, easq; in externos hostes propulsandos convertamus. Et certe ut nullum optatius, nullum praestantius, nullum denique iucundius bonum hominibus obtinet in hac vita, quam fratrum simul habitantium constans concordia & mutuus minimeq; fucatus amor: ita nulla res est & esse debet, quæ illius tanti tamq; necessarij boni vinculum arctius constringat, fidelius contineat, fortius corroboret, quam ex externorum hostium violentia, iniuria, & impetus. Huiusc rei cum aliæ urbes & Respub. multæ, cum vero florentissimum illud Romanorum Imperium luculentissima documenta nobis dederunt. Nam dum ab externis hostibus infesta

E P I S T O L A

rentur & exercebantur Romani, constans
inter eos colebatur concordia, coniunctissi-
mè & amantissimè viuebant, operas mu-
tuas sibi assidue praestabant, consilia commu-
nicabant, se mutuo tolerabant: atque hac ra-
tione eorum res augebantur & incrementa
sumebant. At vero, externis hostibus deui-
etis, rebus omnibus terra mariq[ue] pacatis &
in tuto collocatis, in propria rubeant visce-
ra, ciuilia & intestina bella, que nunquam
non tristissimas calamitates portendunt,
mouebant, de dominatu hostiliter dimica-
bant. Quibus etiam rebus & moribus effe-
ctum est, ut potentissimum illud Imperium,
quod dum ciues concordes erant, invictum
putabatur, & omnibus instar Gorgonis,
terrorem incutiebat, non solum labefac-
etare cur, sed planè defloresceret funditus-
que periret. Vbi vero externis etiam hosti-
bus ingruentibus animi Antistitum ambi-
tione turgentibus, mæcenes insanentes, si-
multate laborantes distrahabuntur & discor-
dant, ibi, ibi inquam certissima & tristissi-
ma

DEDICATORIA.

ma iræ diuinæ & πανολεθείας mox subse-
cūræ indicia sese ostendunt. Atq; hæc ita
esse primum Acheniensium Respub. tempo-
re Demosthenis & Philippi: postea verò Iu-
dæorum, posse Christum in cœlum sublatum,
luculentissimè demonstrarunt. Quæ cum ma-
iores nostri, Huldrichum Zwinglium puto,
Leonem Iudæ, Henrichum Bullingerū, Oc-
tonem Vuerdmullerum, Conradum Pellica-
num, Theodorum Bibliandrum, Iohannem
Vulfium, Petrum Martyrem, Iosiam Sim-
lerum, & vestrum quoq; nōnullos, quos Deus
hactenus superstites esse voluit, considera-
rent, nulli rei sibi tā accuratè studendū iudi-
carunt, quām mutuo amori, quām paci & cō-
cordiæ domesticæ: nihilq; sibi tam præcauen-
dum existimarunt, quām caussas contentio-
num & dissidiorum æmulationumq; intesti-
narum. Intelligebant enim homines alta
quadam mente prædicti, se nulla alia ratione
molem negotiorū & periclorum quæ ab ex-
ternis hostibus parabantur, sustinere ac pro-
pulsare posse. Quām verò egregiè & lauda-
biliter suum illum laudabilem finem, quem

E P I S T O L A

Fibi proponebant omnes, consecuti sine, non
solum nos nouimus & cum magna voluptate recordamur: sed etiam exteri homines saepe numero mihi narrare & in memoriam reneware solent. Utinam utinam Deus, in cuius manu omnia sunt & cuius nucu omnia reguntur, nobis omnibus eam mēcem donet, ut post habitis omnibus offenditionibus, depositis similitudinibus, neglectis proprijs emmodis ad mutuum amorem conseruandum, ad publicam cōcordiam faniendam, ad operas strenue coniungendas, ut antea semper, sic in posterum quoq[ue] conspiremus: quandoquidem intelligimus aduersarios non modo non mitescere, sed indies magis magis q[uod] exasperari. Ad hunc modū si hæc mala, quibus Deus nos exercet, usurpauerimus, rectissimè de nobis dici poterit, quod alicubi Plutarchus grauiter, prudenter, elegantiq[ue] simili docuit: καθάπερ ταῖς μελίταις φέρει μέλει τὸ σπινύτατον καὶ ξηρότατὸν ὁ θύμος: δύτας οἱ φρόνιμοι δὲ τῷ μυστηριστῶν φραγμάτῳ πολλάκις δικεῖοντι καὶ χρήπιμον αὐτοῖς λαμβάνουσι, Id est, quemadmodum apes dulcia

DEDICATORIA.

dulcia mella è thymo amarissimo & siccissimo conficiunt: sic & cordati homines è difficillimus rebus sæpen numero magnum commodum & fructum capiunt. Quod autem, queso vos omnes, maius commodum ex importunitate aduersariorum nostrorum clamoribus ad nos redeat, quam animorum nostrorum coniunctio & mutuus amor? qui quantum possit, ex ijs que hactenus diximus, cognoscitur. Et certè in vita humana ita caute & prouide omnino nobis necessarioq; agendum est: siquidè bene beateq; viuere volumus. Etenim rūd' αὐθεπτινωταρμάτων, ut idē Plutar, venustissimè scripsit, καθαρὸν εἰδέναι διηγέεται, ἀλλ' ὥσπερ εἰς μεσική βαρεῖς φερόμενοι καὶ δέξεις: εἰ δὲ γεωμετρικὴ φωνὴν τα καὶ αὐτῶν γεωμετρα. Μεσικὸς δὲ καὶ γεωμετρικὸς, ἐχόδατερα μυστηριών, καὶ τύποδηγών, ἀλλ' ο εἴσι χρῆδαι καὶ μηγίναι τελέστο δικείον δημιουροῦ οὕτω καὶ τὸ πραγμάτων, Id est. In rebus humanis nihil purum & sincerū. Sed quem admodum in Musica graues sunt soni & acuti; in Grammatica verò literæ vocales &

E P I S T O L A

mutæ. Musicus verò & Grammaticus, non qui alterutra ègrè fert aut fugit, sed qui omnia tractare & utiliter temperare potest: Idem vsuuenit in rebus humanis. Nam ibi res lœtæ & tristes perpetuò temperantur: prudens ergò es, qui utrasq; in suum cōmodum conuertere nouit. Talem autem Paulum fuisse ex Epist. ad Philip. ca. 4. intelligitur. Nam ego didici, inquit, in quibus sum, ijs ipsis esse contencus. Noui autem deprimi, non ut etiam abundare seu extolli: ubiq; & in omnibus initias sum, & ad saturitatem & ad esuritionem, cum ad abundantiam, tum ad inopiam.

Cum verò me nō fugiat, vos omnes sum mo studio, posthabitū omnibus impedimentis, ad hanc metam, de qua dixi, contendere: nō possum intermittere, quin hanc meam Apologiam aduersus immoderatos Iacobi Andreæ sarcasmos, & iniquas criminationes, quas in ultimis suis scriptis aduersus D. Io. Jacobū Grynaeum, non solum in me, alumnū & discipulum vestrum, sed etiam in Ecclesiarum nostrarū Reformatorem constanterissimum


DEDICATORIA.


riſſimum, D. Huldrichum Zuinglium, nec
ſolum in illum, ſed etiam in totam noſtrā
Eccleſiam & Rēpub. impotenter euocuit,
in clarissimo veftro omnibusq; pijs iucundif-
fimo nomine apparere curarem. Id verò vt
eò libentius & audacius facerem, due quoq;
aliae cauſſae acceſſerunt. Nam primò hanc
cauſſam, quam cuendam fuſcepī, vobis vna
mecum communem eſſe neminem vestrū
dubitare, nedum inficiari arbitror. Agitur
namq; hoc loco non mea ſolū fama, quam
ab Andrea, homine ad calumniandum nato,
arrodi haud ægrè fero, ſed multò magis do-
ctrinæ, quam ex verbo Dei profitemur veri-
tas, Eccleſiæ Patriæq; noſtræ existimatio.
Quam h̄c homo non ſolū extenuat, ſed e-
tiam paſſim in ſuis ſcriptis hoſtiliter inua-
dit, atq; toti mundo iniuiſam ſuſpectamq; red-
dere conatur. Deinde veftræ egregiæ erga
me voluntatis & ſtudij tot iam tantaq; con-
ſtant documenta, vt ingratitudinis nota mihi
neceſſariò ſubeunda foret, niſi tandem a-
liquādo grati mei erga vos omnes animi ſpe-
cimen aliquod ederē. Etenim nō ſolū domi-
apud vos dum vixi, me quam optimè iſti-

E P I S T O L A

tui curauistis: sed postea quoq; vnanimi consensu grauissimoq; iudicio, exieras quoq; Academias. primò T ubingensem, postea Basiliensem, nunc verò Heidelbergensem, non secus ac si in meam salutem conspirasset omnes, mihi inviendas frequentandasq; duxistis: ita tamen ut mei absentis non minorem curram & rationem, quam præsentis habeatis. Itaq; accipite vestrorū in me meritorum & beffiorū àrtis wœr: exiguum quidem illud nos undevicē à nippōto: mea tamen in vos singulos obseruantia & gratitudinis testimoniū: atq; meorum studiorum eam, quam habetens, suscipite curam: idq; ut faciat is maior in modum rogo & obsecro. Deus pater omnium bonorum det nobis omnibus, ut militemus bonam militiam, seruemus fidem & bonam conscientiam, cursum cōsummemus, ac tandem consequamur coronam, quā reddet Dominus in illo die, omnibus qui expediterunt illustrem illius illum aduentū. Data Heidelbergæ Cal. Feb. Anni 1585.

Vestrarum D.D. obseruanissimus
Marcus Beumlerus:





CONTRA D. IA-

COBI ANDREAE SCRIPTA,
QVIBVS DISPV TATIONEM
de Eucharistia in Academia Heidelbergensia ha-
bitam, præside D. Ioanne Iacobo Gryneo
criminatur, Marci Beumleris
Apologia.

C A P V T I.

Exponuntur in hoc Capite aliquot ca-
se, quibus Iacobus Andreæ compulsus,
optimo cuiq; æpisð ac maledicit.



O S T E A Q V A M bina Ja-
cobi Andreæ scripta, quæ ad-
uersus orhodoxam, mode-
stam, pioq; studio institutam Di-
putationem, de Eucharistia
Heidelbergensem iracundè confecit, legi,
ac meo modulo ponderauit: animum meum va-
riè affici animaduertit.

Nam primo non paruum animo meo ca-
riebam dolorem, cum viderem hominē istum,
qui hodie in Ecclesijs reformatis primas ad se
deferrit atq; sibi concedi flagitat, eò contumac-
iæ & impudentiæ processisse, vt neq; pudo-
ris, neq; modestiæ, neq; pacis & tranquilita-

A

M. BEVMLERI

sis publicæ, neq; veritatis illustrandæ villam rationem habere, aut vlo studio duci, facile à quo quis deprehendatur.

Proinde in hisce suis itacuñdis scriptis, cum veritatem nullo modo obscurare, nedum expugnare possit (in quod tamen summa animi contentione incumbit) non solùm in ipsum auctorem, cuius candor, pietas, & eruditio à pluribus, quam fortasse velit Andreas, commendatur, virus acerbatis sue effundit, eumq; multorum falsorum criminum insimulat: sed etiam in alios bonos quoslibet, qui partim ante multos ab hinc annos ex hac mortali vita in cœlestem patriam commigrarunt, partim vero Ecclesiæ Reiq; pub. usui ornamentoq; sunt, atq; dum vitæ huius usura ipsis concedetur, eruunt, instar Herculis furentis incitato cursu, fertur, debacchatur, & varijs conuicijs inuehitur.

Etenim Beatissimæ memorie Friderichum tertium, comitem Palatinum, &c. Zuinglium, Oecolampodium, Caluinum, Marryrem, Bullingerum, Melanchtonem, Erastum, cæteroscq; eorum in verbo Dei propagando, in Ecclesia instauranda, in Papatu demoliendo, in bonis literis reparadis fidelissimos socios, magna preclarisq; Rerup. & ecclesiastū lumina & columina, ē sepulchris eruere, de cœlo turbare suisq; conuicijs in ima tartara præcipitare conatur.

Deinde vero superstites Dei seruos, multis &

A P O L O G I A.

x

tis & magnis Dei donis ornatos, qui egregia
sua virtute, & eruditione Iacobi Andreæ lumi-
nibus minimè luminosis plurimum obstruant;
grauibus conuicijs insequitur, intquis contu-
melijs lacerat, falsis criminibus tanquam lapi-
dibus Simei, obruere, homo iracundus conten-
dit. Cuiusmodi sunt Illustrissimus Princeps Io-
hannes Casimirus, Electoralis Palatinatus,
volente Deo, inuitò Andrea, Administrator
æquissimus, alter nostræ ætatis Iosias, Eccle-
siæ Dei nutricius, quod vehementer vrit An-
dream, constantissimus & prudentissimus, Fri-
dericus Ehemijs Cancellarius eius celsitudi-
nis magnificus Fridericus Vuidebramus, Chri-
stophorus Bezelius, Caspar Cruziger, Theo-
dorus Beza, Lambertus Danæus, Iacobus Gry-
næus, Daniel Toffanus, & alijs qui se ad pedes
Nouæ Deæ Vbiquitatis, quam nuper Iacobus
Andrea à suis antecessoribus conceptam, è ni-
do infeliciter exclusit, abiijcere, eamq; exoscula-
ri recusant. Neq; verò crudelis Andreæ ani-
mus, istis commemoratis placari, aut sedari
potest: sed insuper (immane facinus) classicum
canit, atq; controversiam non amplius amica
collatione sententiarum, sed potentia Princi-
pum atq; adeo armis disceptandam, aduersa-
riorumq; dogma reprimendum esse, haud ob-
scure innuit, & præ se fert. Nam non satis ha-
bet toti mundo probasse, se ipso Paræcione ma-
ledicentiorem esse: sed etiam vult de se dici.

A x

M. BEVMLERI

— Quo non prestantior alter,
Ære cicer viros Marteniq; accendere cantu.
Item illud:

— Καπι τυδε ἀνίσταται
Ανὴρ, αὐτορόγλωσσος, ιχίων θεάσει,
Θορύβωτε πίσινος, καμαθεῖ παρρησίᾳ,
Πιθανὸς εἶτ' αὐτὸς πειβαλεῖν κακῷ πνὶ.

Id est,
Sub ista surgit quispiam vir, cuius os
Carebat ostio, valens audacia,
Turbae obsequens & imperite audacie:
Qui orationis posset eloquentia
Malo vel ipsos principes inuoluere.

Hæc, hæc, inquam, sunt, quæ mihi in scri-
ptis Iacobi Andreæ dolorem attulerunt, & quæ
omnibus pñs mentibus serio lgenda deplo-
randaq; esse non sine grauissima causa mihi iu-
dicare videor. Id quod omnes pñ, quibus tri-
stis illa Iosephi contritio serio dolet, libenter
vnâ mecum fatebuntur, si prius mecum causas,
vnde proficiscuntur, & finem ad quem tanquā
ad scopum propositū, tendunt, recognouerint.
Nam rem quamlibet nosse, est in cognitionem
causarum eius peruenire. Causæ verò quibus
Andreas tanquam furijs exagitatus γυμνῆ κα-
φαλῆ aperto capite, id est impudica impudici-
tia & αχαλίω σόματι effrenatio ore in opti-
mum quency grassatur, sex potissimum, ne o-
mnes præcisè conlecter, percenseri posse vi-
dentur.

Prima

Prima est contemptus verbi Dei, qui in ipsum Deum redundat, & ex quo tanquam putidissimo fonte, omnia negotia promanant. Si enim Iacobus Andreas verbum Dei in prelio alicuius habendum & obseruandum existimaret, neuerit quam tam temerè, tam immani audacia, tam importuno scelere in seruos Dei, tam virtuos quam mortuos, tot tantisq[ue] donis auctos & ornatos, linguam suam iracundam stringeret, nec ore suo effreni, & in sublimi positio, tanquam in statu plenoq[ue] folle, *νήδη καικίας καὶ συκοφαντίας πνέοι*, Cæcias & calumnias spiraret: nec temerè garriendo, duriter loquendo, sese thrasonice iactando tantas tempestates concueret. Quando quidē non ignorat Deum fraudulentæ & audaci lingue grauissimè succensere: nec solum succensere, sed etiam grauissimas pœnas comminari: nec solum comminari, sed etiam quotidiè irrogare, sæpenumero irrogasse, & in posterum irrogaturum esse. Cum tamen, quod ego sat scio, arque his meis oculis vidi, non semel, maiorem temporis partem in equili quam in Musæo consumat, & accuratori studio equos alat, quam sacras literas tractet & enoluat, id quod etiam ex Scriptis eius colligitur, quæ equisonis potius levitatem, quam Theologi grauitatem redolent, suggeram ei trium istorum, quorum modo memini testimonia & exempla ex sacra rum literarum thesauro deprompta.

M. BEVMLERI

De indignatione igitur & odio Dei in petulantem & fraudulentam linguam luculentus & grauis locus extat Proverb. 7. ver. 16. 17. 18. 19. quam totius Ecclesiae & publici commodi causa etiam atq[ue] etiam secum perpendere & apud animum suum deponere peruelim.

Sex sunt (ait sapientia) quae odit Ichoua, immo septem sunt abominanda eius animae.

Oculos sublimes, linguam mendacem, & manus effundentes sanguinem innocentem.

Cor quod molitur cogitationes iniquas, festinantes pedes, ut currant ad malum.

Qui loquitur mendacia, testem mendacem: & immitterentem iurgia inter fratres.

Poenarum grauissimarum catalogum si requirat Andreas, inspiciat Psalm. 109. 11. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Nam ibi plusquam secundum genera, & illa quidem haud leuia enumerantur: quae Iacobus nullo modo effugere poterit, nisi κατὰ καιρὸν mature & seriatim pœnitentia sibi ab ista κακονθείᾳ insania temperet, atque elleboro sumpto ad mentem redeat: quod ut tandem facere possit, ita me Deus bene amet ὅδια λείπων continenter & ex animo precor;

Præfice super eum (inquit Psaltes prophetas) impium, & aduersarius stet a dextris eius:

Dum indicatur ipse, exeat improbus & processus eius vertantur in peccatum:

Sint

Sint dies eius pauci: præfecturam eius accepit alter.

Sint filii eius pupilli: & vxor eius vidua.

Et vagando vagentur filii eius & mendicent: & querant e locis suis vastatis,

Illaqueat fœnerator quæcunq; sunt illi: & diripiunt extranei laborem eius.

Non sit ei prorogans beneficentiam: & non sit qui misereatur pupillorum eius.

Sit posteritas eius in exitium in generatio-ne altera deleatur nomen ipsorum:

In memoriam veniat iniquitas patrum eius coram Iehoua, & scelus matri eius non deleatur.

Sint coram Iehoua semper: & deleat e terra memoriam ipsorum.

Exempla pœnatum si desideret Andreas, in memoriam sibi reuocet, si modo iracundia & melancholia monastica permittat, quam tristes exitus habuerint, & quam ingratæ sui memoriam reliquerint Simei filius Gera, 1. Reg. 2. Achitophel 2. Sam. cap. 17. Haman. Ester. 7. Accusatores Danielis. Dan. 7. Duo senes iudices qui Susannam falsè adulterij ream agebant Daniel 13.

Commemorabile quoq; est & posteriatis memoria dignum, quod Plutarchus de calumniatoribus Socratis eorumq; pœna literis prodidit his verbis: Τὰς γέννων σωκράτει συνοφανθήσαται, ὡς εἰς ἔχατον κακίας ἐληλυθό-

M. BEVMLEKI

τας, δύπες ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπε-
σέφρισαν, ὡς μήτε αὖράνειν, μήτε δύπο-
κείνεθαι τουτονόμοδοις, μήτε λουριό-
νας κοινωνεῖν ὑπάτος, ἀλλ' ἀναγκάζειν εἰ-
κεῖνο ἐκχεῖν τὰς φλαχύτας, ὡς μεμισ-
μένους. Hoc est, Eos igitur qui Socratem
suis calumnijs oppressorunt, tanquam ad ex-
tremam malitiam profligatos tanto odio ha-
buerunt ciues atque ita abhorruerunt ab eis,
ut neque ignem accenderent, neque intetro-
gantibus responderent, neque eiusdem aquæ
cum ijs in balneo participes esse vellent, sed pa-
rachytas eam effundere cogerent tanquam
contaminatam.

Hæc omnia cum Iacobus Andreas susq;
deq; ferat, sine omni religione negligat, nihil
que ad se pertinere putet, quotus quisq; est, ni-
si quis ipse quoque hellebori potu indigeat,
qui animum inducere possit, aliquam saltem
timoris Dei eiusq; iudiciorum in ipsius animo
residere, ac nō penitus extinctam esse. Inter ea
tamen non est, quod animi securus sibi persua-
deat, se extra omnem teli iactum positum esse
atq; impunitum fore. Deus enim ἐξ Ιησοῦ ἐμ-
μετέχων, καὶ πάντα id ἀγαθά, καὶ πάντα νοή-
σας, semper eodem modo excandescit pecca-
tis atq; aduersus ea iudicia sua iusta constanter
exercet. Et si vero pœnitentiam nostram expe-
ctans

A P O L O G I A

5

Etans & experens pœnam differt, non tamen
eam auferre putandus est. Quisq; igitur ἐώς
τὴν ναοῦς dum tempus est, Dei iram à se de-
clinare studeat. ne seram pœnitentiam agens
experiatur id quod proverbio dicitur: Πλαθὼν
οὐκέτι τὸ γένος Stultus accepto damno sapit.
Altera causa est conscientia vulnerata & ani-
matus nullo loco subsistens, sed suspicionibus,
meritis, odio perpetuo fluctuans. Nam conscien-
tiae læse & animi multorum facinorum sibi
consciē ea est consuetudo & natura ut non sol-
um sciplum continenter excruciet & à seipso
pœnas & iatracrūtas repeatat: sed etiam ut se
penumero instar rabidi & furiosi canis extra-
se suumq; domicilium, tanquam squalidissi-
mum tristis simumq; carcerem euagatus, aq; p̄es
δῶς sine discrimine obuios quosq; inuadat, ar-
rodat, cœlum mari misceat, horribilescit tempe-
states excitet. Animus quandoquidem æger
semper errat, nec vñquam quiete vlla frui-
pōrest.

Atq; hæc reuera ita esse testantur plurima
tam sacrarum quam exotericarum literarum
exempla: quæ recte ὅμηροι τ& λόγις appellantur.
Sic enim Cain, conscientia eius læsa & a-
nimō de suo statu deturbato, non solum scip-
sum tortit & tristibns cogitationibus exedit:
sed etiam, ut sibi videlicet medicinam afferret,

A 5

M. BEV M L E R I

impetum in immerentem Abelem fecit atque
per summū scelus vitæ lucisq; huius v̄sura pri-
uauit. Sic Saul animo eius ē sua potestate eges-
so atq; multorum nefandorum facinorum con-
scientia ad insaniam redacto , non solum in-
star crudelissimi tortoris seipsum miris mo-
dis fatigauit: sed etiam innocentem Dauidem
& omnes qui ei bene volebant & benigne fa-
ciebant inexplibili odio, importuno scelere, &
immani furore debacchatus fuit: nec quicquā
de eo remisit, donec suo se gladio in fuga miser-
rimē trucidaret. Sic Dionysius Tyrannus con-
scientiæ angore & fraudum scelerumq; cru-
ciatu impulsus & transuersum actus, optimū
quenque vinculis, verberibus, suppliciisq; ex-
cruciatum necandū curauit: existimans se con-
scientiæ stimulos hac ratione sedaturum esse.
Sic Nero, monstrum post homines natos cru-
delissimum scelerum, maleficiorumq; suorum
quaꝝ plurima & grauissima commisit, acerbis-
fima recordatione tortus, & conscientiæ soli-
citudinibus exagitatus non solum seipsum ex-
carnificauit, atq; sibi violentas exitialesq; ma-
nus attulit: sed etiam ob leuissimam quamq;
ortam suspicionem, in optimum quenq; exqui-
tis & inauditis supplicijs v̄sus fuit.

Sed quid opus est plura? Animi eorum quo-
rum conscientia inexplilibus flagitijs inqui-
nata & polluta est, non solum sollicitudinibus
quaꝝ à Deo supplicij causa importantur , dies
noctesq;

A P O L O G I A.

4

noctesq; exeduntur, sed etiam immani rabie & cæca audacia in obuios quosuis feruntur. Id quod Isaias Capite 57. egregia similitudine commonstrauit, ad huic modum : Impi sunt veluti mare impulsus: nam quiescere non potest, propelluntq; aquæ eius (non secus ac Andreas conuitia & calumnias) cœnum & lutum.

Causas autem tanti mali, si scire desideras, in promptu esse sine negotio animaduertes. Nam cum iij, quorum conscientia aliquo morbo laborat & coquitur sibi ipsis non parcant, sed acutissimis curarum stimulis sese pungant & macerent: quomodo quæso alijs parcerent? quomodo benigniores in alios quam in seipso essent? Quandoquidem verum est illud verbum, quod vulgo dici solet: Omnes sibi melius malle quam alteri.

Deinde cum animus æger & conscientia mala in perpetuo metu sit: atq; nunquam non sibi penas vel impendere, vel celeri pede appropinquare imaginetur: cui hoc mirum videatur, si vel istas à se declinare, atq; in alios, quos odit & à quibus se lædi putat deriuare, vel quam plurimos secum in exitium trahere conetur. Nam dolor & ægritudo non nihil videtur leuari, si quam plurimos habeat eiusdem miseriæ socios. Perpessio enim (inquit ille) exterorum facit, ut ea quæ acciderint multo minor, quam quanta sunt existimata videantur.

M. BEVILERI

Præterea cum conscientia mala semper ardeat ira & stomacho, quo nihil restet fieri, nihil considerate potest, cui mirum videatur, si omni conatu iræ & stomacho ultionis & vindictæ cupido, satisfacere annitatur. Ως γένος λογισμὸς (prudenter inquit Plutarchus) τὰ δίκαια πράττει καὶ μετρια τὴν ὄργην, καὶ τὸ θυμὸν ἐκποδίζει θέραψος: ὅτοι καὶ ὁ θυμὸς τὰ δίκαια πράττει τὰς φρένας μετοικίσας. Hoc est, Ut enim ratio iusta agit & moderata, ira & furore procul seposito: ita furor & iracundia iniqua agit, mente ē suo loco translata.

Tertia causa & illa omnium grauissima est, causæ, quam Andreas propagnandam suscepit, desperatio. Cum enim animo suo & conscientia intelligat suos errores, cuiusmodi sunt visibilis & localis corporis Christi sanguinis eius in pane & vino, inuisibilis & illoca lis inclusio: eiusdem in feedissima canū & porcorum ora ingestio: eiusdem non modo in omnibus locis obsecenis, sed etiam in ipsis tartaris & diabolis existentia: omnium propriorum Deitatis in humanitatem transfusio: articulorum fiduci manifesta violentiæ depravatio, nec stare nec defendi nec ullo amplius colore regi posse: ipsis omissis, aut saltem leui brachio tractatis, indignari, tumultuari, ipsas personas incessere, aduersarios diris conuitijs in odium

A P O L O G I A. 7

In odium & inuidiam vocare conatur.

Sed istæ hæreticorum machinæ sunt, inquit Hieronymus Apolog. 3. aduersus Ruf. ut conuicti de perfidia ad maledicta se conferant. Item ut idem ibidem inquit, Cui respondere non possunt, caput auferunt. Item omissa causa in superflua criminum obiectione versantur, ut idem ibidem testatur. Atque hæc ita se habere, omnibus temporibus & locis experientia, locupletissima certissimamq; testis, docuit. Quotenim quæso & quantos conuictorum cumulos in orthodoxos primitivæ Ecclesiæ, quæ statim post victoriam à Christo partam & aetatem triumphum illustri & locali ascensione in cœlum exitit, doctores, μαρτυροῦ hæretici omnibus armis alijs spoliati congeserunt: quot & quanta crimina in Christianos inquieti homines, constantissimo omnium iudicio grauissimorum errorum conuicti confinxerunt? Tot profecto; quot si enumerare vellem, tempus me potius quam materia deficeret.

At vero σοφὸς φάμαχος est, & hominis astuti inuentū, cum videat errores suos omnium recte sentientium conscientia ira constrictos teneri, ut nullo amplius artificio palliari, nullo colore fucari possint, ijs relictis, aut extremo quod aiunt, dígito, tentatis, ne scilicet vi etus, ne errasse videatur, ne Deo glorias dare, ne Ecclesiæ paci consulere necesse habeat,

M. BEVMBRI

continuo γυμνή πεφαλῆ & perficta fronte
in ipsas personas qui suis conatibus obesse &
officere videntur, linguam stringere, conuitis
insequi, & si deformare non possit, tamen eos
aliquo modo suspectos reddere, ijsēp inuidiam
apud imperitos conflare;

Nam ita inter homines comparatu esse non
ignorant isti tenebriones, ut plerung de do-
ctrina ex vita & morib⁹ eorum, qui illā pro-
fitentur, iudicium faciant. Ita Pharisei & cæ-
teri, qui tum in Iudaea erant, seductores, ut
Christi miracula extenuarent, eiusq⁹ doctri-
næ fidem derogare possent, eius personam,
(nam doctrinam erroris arguere & conuince-
re non poterant) aggressi, dæmonium habere,
lucronem esse, cum peccatoribus colludere vo-
ciferabantur.

Sed quid opus est plura? Non est στρέ-
εγν τεκμήριον, non ἀσφαλέστερον σημεῖον,
non verior nota animi erroris conuicti quam
si, rationibus omissis, conuitis pugnet.

Interea tamen in mentem venire deberet, i-
stis cęciarum et sycophanticarum spiratoribus,
eius quod dicitur in Psalmis: Isti maledicunt,
tu vero Domine benedicis. Item illius, quod
veteri prouerbio dici consuevit meminisse de-
berent: εἰκῇ ήεγκλεῖ, frustra Herculi. Nam
nihil promouent, sed oleum & operam per-
dunt, qui viris magnis & excellentibus virtu-
tibus

tibus preditis maledicunt: quippe cū eorū virutes apud bonos in maiori pretio sint, quā vt eos Cladiana ista tonitrua eleuare possint.

Atq; profecto verissimum est illud, quod quidam prudenter dixit: τὸ Φευδὲς ὄρειδος πηραιτέρω τῆς αὐτοῦς ἀφικνέεται, Falsum & fictum probrum, non vltra aures penetrat, hoc est, ab auribus quidem percipitur, sed ab animo respicitur, atque simul atque prolatum fuerit, instar fumi evanescit. Etenim vt ignis, quod verè scribit Cicero, in aquam coniectus continuò restinguatur & refrigeratur: sic rekuens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur. Ut enim obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ: sic commentitia crimina splendore virtutis obscurētur & obrnatur, & intereant necesse est.

Quapropter pīj omnes aduersus venenata obrectatorum spicula tanquam præsentissimum & validissimum d'vtid otov semper sibi ob oculos mentis proponant, aureū illud Hieronymi dictum, quod est in epistola ad Celaniām : Beatus est, inquit, qui tam sancte, tanque grauitervitam suam disposuit, vt de eo finistri aliquid ne fingi quidem pos sit, dum aduersus obrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam ausus est C excipio tua pace Hieronyme, omniumque bonorum venia la-

M. BEVMLERI

cobum Andream) quod à nullo putat esse credendum. Quod si id esse qui difficile atque arduum nimis est, saltem adhibeamus, hanc virtutem nostrę diligentiam, ne malae mentes, occasio nem inueniant detrahendi. Ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersus nos sinistram famam flamma confletur. Si autem nobis diligenter atq; solicite omnia ad honestatem prudenteribus, cunctisq; actibus nostris timorem Dei præferentibus illi nihilominus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quærum maximè tuta est, maximè secura est, cum ne occasionem quidem male de se sentiendi dedit. Nos modo id agamus, ut male de nobis nemo loqui absq; mendacio possit. Sed redeo ad expositionem quintæ causæ.

Causa quarta est superbia ex ἐντυχίᾳ, seu prospero rerum statu, omnium rerum abundantia, nimio otio & voluptate, qua fruitur Andreas & quam sibi perpetuam fore confidit, nata. Nam quia hactenus eum fortuna tanquam filium in finu molliter & delicatè fouit, neque villas rerum aduersarum tempestates subiuit, neq; unquam crucem Christi portauit, atq; humili tenuiq; & obscura conditione ad altissimos apud suos honorum gradus, tanquam à scalmo ad tribunal ascendit: nunc omnes miseras & afflictiones aliorum abliuione obruens, atque voluptatibus ebrius tam immodestus πόμπη μαζι μεδικη instar pomposi Maximi

ximi quoquis inuadit, afflictis insultat, atq; vo-
luptatum suatum virus tam copiose euomit.
Neq; etiam ijs Rebus pub. parcit, quarum vir-
tute, liberalitate, & ope is cum suis socijs ex
summis angustijs & rebus desperatis ad tantā
felicitatem, qua nunc liberaliter fruuntur, per-
uenit. Sed hoc perpetuo ferè fieri solet, vt ij
qui vel è tenui & abiecta fabrorū fortuna ad
magnos honores ascenderunt, aut res despera-
tas recuperarunt, non solum in commodis mo-
ribus fiant, cæterorum miseriæ insultent, om-
nes præ se contemnant: sed etiam eos quorum
auxilio sua bona consequuti sunt, omni genere
iniuriarum afficiant. Caius rei nobis in An-
drea & fratribus eius exemplum tristissimum
proponitur.

Interea tamen cogitare deberent isti fortu-
næ filij, quos secundus & florens rerum status
adeo insolentes reddit, suam istam, cui tantope-
re confidunt, matrem fortunam lubricam &
mutabilem esse: adeo ut nemo sapiens & sanus
ei tutò inniti possit. O γόνυλθος ἀνθρωπί-
νοι περιματεῖτε μειφερόδηνθος, οὐκ εἰ-
τές αὐτές αἱ ἐντχέντε. Circulus rerum hu-
manarum circumvolutus nō sinit eosdem sem-
per bona esse fortuna. Ach quanto miseriores
sunt nostra ætate Christiani ethnicis, qui sibi
in secunda fortuna, in rerum terrestrium copia
tantum præsidij collocatum existimant: præser-

M. BEVNERI

tim cum verbum Dei id tam seuerè prohibeat.
Ne confidatis in iniuria: neq; in rapina: nec fia-
tis vani: diuitiæ si proueniant ne apponatis cor-
Psal. 62. v. 10. Verissimum autem est & in his
ce hominibus elucet, quod alibi Cicero mo-
nuit: Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eti-
am eos plerunq; efficit cæcos, quos complexa
est. Illi enim efferuntur ferè fastidio & conru-
macia: nec quicquam insipienti fortunato in-
tolerabilius fieri potest. Atq; hoc quidem vi-
dere licet, eos qui antea commodis fuerunt mo-
ribus, imperio, potestate, prosperis rebus im-
murari, sperni ab ihs veteres amictias, indul-
gere nouis.

Interim tamenpij, qui ista vident & perfe-
runt, non est quod alij aduersus alios ingemi-
scant: non est quod declinent pedes eorum aut
gressus effundantur. Nā iudex est prae foribus.
Qui quidem aliquando iusto suo iudicio con-
cedit impijs & superbis vt viuant in prosperi-
tate: vt non sint constrictiones ad mortem ip-
orum: vt firmum sit robur ipsorum: vt in mole
stis hominum non sint: vt cum hominibus non
flagellentur: vt tanquam torques circumdet
eos superbia, & operiat eos tanquam amictus
violentia: vt promineant prae pinguedine o-
culi eorum: vt superent cogitationes cordis:
vt diffluant & loquantur malitiosè: vt iniu-
am è sublimi loquantur: vt ponant in celo os-
suum: vt lingua eorum perambulet terram.

At

A P O L O G I A. 10

At vero repente est vestigio, ipsis nihil tale nec per febrim, nec per somnium cogitantibus, sed Pax, pax est, claimantibus, sicut gramen exciduntur: & sicut herba virens marcescunt. Adhuc paululum, & non extabit sceleratus: & attendes ad locum eius, & non extabit.

Quinta causa est immensis & inexplicabilis Andreæ crudelitas, & odium insatiabile: quo ostendit se à modestia Christiana recedere: nec solùm recedere ab illa, sed etiam ferocias & trucissimas bellus immanitate superare. Id quod paucis & evidenteribus argumentis demonstrabo. Nam primo Ecclesiastici septimo aperte dicitur: Ne insultes mortuo, etiam inimicissimo tuo, sed memento omnibus mortiendum esse. Laudatur etiam ac merito laudatur mitissimum Theotimi Scythopoleos Episcopi ingenium & factū, à quo longissimo abest Andreas interuallo. Cum enim, ut tradunt historie Ecclesiastice in Synodo nonnulli; Andree similes, ipsi authores essent, ut Origenem Adamantium iam defunctum anatheman subiiceret, grauiissime respondit: Quanquam alienissimus sum ab erroribus eius, nolo tam
αὐτοπάτιζεν τὸν πάλαι καλῶς τεθνέατο, damnare iam pridem bene mortuum. Ab his cum diversa Andreas sentiat, & loquatur & scribat, quis ambigat eam Christiani hominis modestiā, quā tantopere nobis commendant S. Literæ, omnino ex animo suo amississe?

M. BEVMLERI

Non enim ei satis est viuos Dei seruos grauis-
simis contumelijs afficere , sed etiam mortuis
condemnandis, atq; ad tribunal Dei, instar le-
uissimi apparitoris, per trahēdis sese oblectat,
atq; tedium quod ex solitudine Bebenhusianz
capit, alleuare conatur.

Deinde etiam Barbaræ gentes, quæ à cultu
& humanitate longius absuisse videntur , odiū
suum atq; liuorem in viuos tantum exercue-
runt, cum morientibus vero extinqui censue-
runt. Hinc nata sunt illa πολυτρύπλαντα quæ
etiam hodie vera esse crederentur , nisi ὑπε-
ρυσικὴ & monstrosa Iacobi Andreæ eiusque
gregalium exempla repugnarent.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:

Tum suus ex merito, quenq; tuetur honos. Item:
Scripta placent à morte quidē : quia lēdere viuos

Liuor, ex inuisio carpere dente solet. Item
Vrit enim fulgore suo qui prægrauat artes

Infra se positas, extinctus amabitur idem.

Ita Cicero in Oratione contra Salustium mor-
tuos dicit omni odio & inuidia carere. Qua-
propter si Ouidius, si Cicero, si cæteri Ethnici
in quibus ut mica quidem charitatis Christia-
næ fuit, ab Orco reuocarentur, superasq; euas-
derent ad auras, & Jacobum Andream magnā
doctrinam, magnam humilitatem, admirabi-
lem charitatem p̄ se ferentem : tot egregijs
viris, qui iam fato suo concesserunt, insultare
& male-

& maledicere viderent, rei indignitate commoti in hanc vocem, quæ est apud Euripidem procul dubio erumperent: Παῦς παῦς ὁ δέσποτε, τερψε γόντας ἐλοιδώπει, Compescere, compescere os illud effrenatū, mortuis enim conuictus est. Cum igitur quæ natura ipsa misereros & cæcos ethnicos docuit, videlicet mortuos non contumelia sed honore afficiendos, non odio sed amore prosequendos esse, Andreas Cancellarius nullis humanitatis cancellis circumdatus, tam impudenter violet, & ex eo laudem querat: quotusquisque per Deum immortalem animum inducere possit, hominem istum non solū luce verbi Dei, sed omni humilitate & naturali lumine priuatū nō esse: quippe cum nulla humanitatis scintilla, tristissima vero fax immanis crudelitatis in eo eluceat.

Postremò rerum physicarum studiosi trahunt etiam leones & ursos, feras immanissimas, quibus natura grauissimum odium aduersus hominum genus indidit, & quæ sanguine carneque humana pascuntur, eiectis cadaveribus parcere, neque etiam ea fame diuturna pressas dilaniare. Quo certè natura nos docuit, nefas esse in mortuos contumeliosè grassari. Ne que vero quisquam sibi persuaderi patientur ex officina ferraria prodire aliquem humana formâ posse, qui immanitate ipsas bestias vincat, nisi qui scripta Andreae legerit, eiusque mortes cognitos & perspectos habeat.

M. BEV M L E R I

Ceterū hoc loco reuocat mihi insigniter in signis Iac Andreas crudelitas in memoriam triū quā illud proverbiū: Coruus ab aquila relictis cadaueribus vescitur. Itē illud: Aut vultur aut cornu: Nā corui & vulture s, aues pariter rapaces et imbelles, omnibusq; hominibus exosē cadaueribus purridis & fœtidis ab aquilis generosis auib; relictis pascuntur, si credimus rerū physicarum peritis. Ita hic ecclesiā Corax & reipub. Vulturius, nō solū mortuorū cädaueribus, sed etiā spermologi instar eorum cineribus animū suū traeundū pascit, atq; odiū insanū explere satiareq; conatur. Hac vero ipso degenerem suū & timidū apimū qmib; sapientib; probat Andreas qui maqult cū absentibus quā presentibus pugnare: quandoquidē facile est vincere absentes, atq; adeò nō repugnātes. Si enim gloriōsi milites loco sibi cauere possūt & post principia esse: si itē gallus gallinaceus in proprio sterquilino crocītare turius esse non u: si quoq; timidū lepores mortuo insultat leo ni, vi vetera habet proverbia: quis miretur tanum theologū nō iisdē artibus vti sibiq; cauere posse. Sic enim superioribus annis absentē Bullingerū atrocibus iniurijs lacessiuit, & comicē oppugnauit: cum vero Tigurū veniret, vna D. Bulling, & Gualtheri concione tanquā lepus dormiens tympano ter refactus, se omni abiecta mora, inde proripuit, neq; ministrorū Ecclesie colloquiū sustinere auius fuit. Ante biennum vero cum Tübingerz, in sua videlicet aula magnificē dispūasset, atq; omnes aduersarios;

Si ipsi credimus, prostrauisset, tandem in hac verba erupit: O utinam, utinam, inquit, Beza, Dausus, & Tigurini hic coram adescent, atque mecum de controversis articulis colloquerentur. Quantum vero desiderium serij cum nostris collo quij teneat istum, nouum Vbiquiratis antea erronem, nunc monachum, non est difficile coniungere ihs, quibus eius ingenium, mores, cōfilia, dicta & facta nota perspectaq; sunt.

Sed venio ad sextam & ultimam modestiæ & humanitatis Iacobandricæ causam, è qua superiores omnes promanant, & in cuius complexu continentur. Illa autem est extrema & deplorata eius malitia. Nam hominū ad malitiā profligatorum propria nota & certissimum signum est, inimicitias cum optimo quoq; habere & adyudicato exercere. Atq; hoc non modo sacræ literæ, sed etiam exotericoru scripta (que sanctus hic monachus Bihenhusianus pro sua sanctitate tam non attingere, quam olim Pharisæi panem illouis manibus tractare, aut die festo in prætorium ingredi nullo modo audebant) luculentissime testantur. Cuius rei Plutarchum gravissimum testem produc, cuius hæc sunt verba in commentario ad i milites καὶ φθόνοις ὑπερβολὴ τῆς φαιλόμενης τὸ τοῖς κορτίσοις ἐγθύπων εἶναι. Omne nequitiam excedit, inimicum esse optimis viris. Hanc vero suā verissimā sententiā Plutarchus testimonio & exemplo illustrat atq; demonstrat:

M. BEVMLERI

καὶ τῇ Θερσίτῃ τὸν μὲν τῷ σώματος καινίαν
πολυμερῶς καὶ περιεῳδεύμενός εἰς εὐρφω-
σεῖς τὸν δὲ τῇ θεοῖς μοχθείαν σωτομάτη-
τα, καὶ διένος ἐφερεσεν.

Εχθροὶ δὲ ἀχιλλῆν μάλιστοι, τὸν δὲ διαμυσ-
σον. Id est. Quapropter etiam Homerus
multis modis multisq; verbis corporis vitium
quo laborat Thersites, expressit: ingenij vero
malitiam breuissime & numero complexus
est, hoc modo:

... summe erat exosus Pelidae, exosus Vlyssi.
Et Demosthenes summam Aeschinis improbi-
tatem atq; malitiam amplificare volens. Θεοὶ
καὶ αὐθρώπων ἀγαθῶν ἔχθροι: Dei homi-
numq; honorum, hostem appellat. Atque his
egregie respondent, multa præclara dicta Psal-
morum quibus impij ab eo potissimum descri-
buntur, & impietatis conuincuntur, quod hu-
miles corde despiciāt, quod afflictis insultent,
quod si delibus Dei seruis retia tendant, hoc est
infidias struant, & clandestina cruentaq; con-
fisia aduersus eos capiant: quod in innocentes
linguam suam dolosam instar gladij acuant.
Solet etiam sacra scriptura impiorum homi-
num malitiam deploratam nobis proponere
& describere odio in bonos Deoq; charos ho-
mines. Sic Caini malitia & Esani improbitas
nobis à sacra scriptura in odio aduersus fra-
tres pios

tres pios conspicienda proponitur. Huius autem rei causam si quæras in promptu est. Nam odium & inimicitiae, quæ suscipiuntur & exercentur in bonos, Dei amantes, præclaris donis ornatos, in ipsum Deum omnis boni authorem redundant. Nec fieri potest, ut quis Deum dicit, qui Dei seruos & eximia organa gloriae eius odio Iacobandreano prosequitur.

Habes optimè lector, causas præcipuas breuiter adumbratas, quibus Andreas abreptus, tam temerè & impotenti animo spicula lingue suæ vñenataæ non in libidinem, non in auaritiam (qua claustra nouorum Vbiquitatis monachorum infamia sunt) non in impietatem & flagitia: sed in eos, qui aduersus huius nouis siue Præpositi siue Prioris edictum credunt, docent, & confitentur, sacratissimam Christi carnem & preciosissimum eius sanguinem, non oris, sed animæ, non ventris sed mentis, non canum & porcorum, sed electorum piorumq; eibum & potum esse, contorquet, & ceu fulmina brutus fulminaster emittit. Has vero causas non ideo exposui, ut Iacobum Andream ad mentem reuocarem (scio enim hunc podicem, ut cum veteribus loquar, lotionem ita superasse, ut nemo amplius velit caput eius nitro lauare, quam littus arare) sed ut omnibus pijs, qui maiori veritatis studio, quam Andreas, ducuntur ostenderem, qua fide, qua conscientia, quibus artibus, quo denique Cœlo conrouerſiam

M. BEVMLERI

longè grauissimam , ad quam sopiendam omnes p̄ij merito omne studiū conferre debent,
eractet & componere studeat. Deinde ut homini
nis istius miseri & miserandi exemplo & me
& piām iuuentutem admonerem, ne odio , in
uidia, auaritia, ambitioni, otio, obrectandi
studio nimium indulgeant : sed mature ante
quā vires acquisierint & inueterauerint, com
primant, & quantum in se est ex animis ejisci
ant. Nam ista vicia ubi penitus in animo inse
derint, radicesq; egerint, difficillimē euellun
gur : nec solum melancholiā pariunt, & in so
litudines claustraq; detrudunt, sed etiā in ima
gartara, nisi eximantur, præcipitant. Prius il
lud Andreæ tristissimum exemplum nos do
cet: posterius Saulis, Iuda, Herodis aliorum
que tragicī funestiq; exitus testantur.

Porro si quis fines quos Iacobus sibi propo
nens in optimū quenq; grassatur, spectet, tres
potissimum, mea quidem sententia, occurrent.

Primus est, ut doctos piosq; homines, qui in
Ecclesijs & scholis vtiliter laborant, populū
fideliter docendo, piām iuuentutem assidue e
rudiendo & exercendo malæ eius cause ner
uos incident, fraudes deregunt, errores confu
tant, atq; miseram Vbiuitatem ex hominum
animis in solitudinem amandant: qua melan
cholici eius fabri quoq; delectantur, à suis fa
luriferis studijs abstrahat, ad secum conuicjjs
certandum, hoc est, ad otium, tempus, dona Dei
abutea-

abutenda & perdenda traducat. Hac enim ratione animaduertit, homo alioquin ad rechinias fabricandas non infelix, eos in p̄js suis, toriq̄ Christiano orbi vtilibus studijs & conatibus plurimum impediri aut certe tardari posse. Atque vel hinc videri potest, quam nefarij sint dia boli conatus, quibus Dei gloria Ecclesiæ saluti obesse & officere conatur. Cum enim spiritus sagax odoretur Andream sibi ipsi à publicis exercitijs & muneribus immunitatem dedisse, atq̄ vitam monasticam Bibenhusij vouis se, (iam enim placet ei illud, ab omnibus prudenteribus improbatum: λαίδε βιώσας. Item illud, τοῦ ἐνθυμεῖν μέλλοντα, μήτε πολλὰ πράσειν, μήτε id in, μήτε κοινῆ. Item illud: ὅπεν δὲ ζῆν καὶ τὸ θίκουεν;) alia ratione eius opera abuti tentat. Itaq̄ Iacobi Andreæ nimio otio (quod puluinār diaboli dicitur) abundantis, & nimio cibo (qui homines in bestias conuerterit) indulgentis, linguam acuit & inflamat, (lingua enim maledica à gehenna inflammat, Iacobi 3. vers. 6.) hacq̄ ratiōne si deles Dei seruos, qui strenuam operam in vicina Domini nauant, eumq̄ tanquam immā nem aprum ab ea quam longissimè arcent, remorari conatur. Quare prudenter pieq̄ faciunt, qui quantum in se est, & quantum glorie Dei nihil detrahitur, itius fulminastrī inutilis, fulmina bruta & quouis folio Bibenhusiano leuiora conterantur, neque se hac ratio-

M. BEV M L E R I

ne à sua statione, quam Deus assignauit, exemplo Andree, auocari patientur. Satis est enim in luce versari eos; atque ijs qui in luce sunt lucemq; amant, inferire, quām cum lucis fugis et solitaris criminacionibus certare, quo certè nihilo plus agerent, quām vt cum insano insanirent, oleumq; & operām perderent. Præsertim cum Deus eorum auditoribus eam gratiam largiatur, vt etiam horis succisiuis isti ordinis resistant, eiusq; errores quos in solitudine parturiunt, in lucem protrahant.

Alter finis est vt sua atroci & canina maledicentia viros modestos, & quibus suam famam sartam tectamq; à calumnijs conseruare merito cordi est, etiam à defensione veritatis publica deterreat: atque is hac ratione trophyum à vespere nocti à vespere sine sudore & sanguine statuat, triumphumq; agat. Nam quemadmodum pudica & honesta matrona cum infami scorso, quod omnem frontem faciemq; perfricuit, non facile in arenam descendit, arcu iuria exercet: ita quoq; multi boni viri, quibus nihil optatius esset, quām placide de controversis articulis conferre, difficulter se eò adduci patientur, vt cum ore isto impudenti, quod iam pridem pudorem cum pudicitia amisit, quod nihil aliud quām seipsum scabere, alios vero criminari potest, congregiantur. Malunt enim dummodo gloriae Dei, & veritati nihil decedat, imitari illud Catonis, qui maledico

cui-

cuidam dicebat: Impar mihi est tecum certamen: tibi enim maledicere & male audire in promptu est: mihi vero male audire insolitum, maledicere autem insuaue. Malunt de consilio philosophi hunc suum hostem amorem vlcisci καλὸι κάγαδοι γενόμενοι honeste & bene vivendo. Malunt hoc iracundum os vindicare, (vt alibi pulchre monet Plutarchus: ἀνδρεῖσθε, καὶ σωφρευθῆτες, καὶ ἀληθέσσοντες, καὶ θεώμενοι φιλανθράπτες, καὶ δικαιώτες εἰς τυγχάνοντος: οὐ λοιδορεύτες κύναιδος, οὐ μαλακὸν, οὐ ἀκόλαστον, οὐ βομβαλόχον, οὐ ανελέγετε). hoc est, viros bonos se praestando, temperanter, sobrie, pieque viuendo, veritatem loquendo, humanè & iuste ad se adeuntes trahendo: quam eum per contumeliam appellando Cynædum, effeminate, intemperantem, scurram, sordidum, & seruilem. Sciunt enim primò illa Andream vrere, & eius criminationes confutare: hic vero quia iam prudem omnes modestiæ fines transiuit, atque omnina pudoris repugna perfregit, suscepit deo ferre & flocci pendere. Deinde vero non ignorant, ita esse voluntatem Dei, vt benè agendo, quasi capistro frænent amentium hominum ignorantium. Petri 2. vers. 15. Malunt denique eiusdem Apostoli consilio morem gerentes, in sequi vestigia Christi, & conuictis affecti, non

M. BEVMLERI

viciissim conuiciari, malis affecti, non minari,
sed committere vindictam et qui iuste iudicant:
quam cum Andrea otio & tempore abutentes,
velut histriones in palestra puluere, ita conui-
cij sese oblinientes & denigrantes certant.
Quo certè nihil plus agerent, quam ut cum in-
sanis insanirent, & Andreae solitudinem, qui hi
sce lusibus pascitur, lenarent.

Quapropter hoc probè sciat, sibiq; persua-
deat Andreas, neminem ex nostris amplius ul-
lam verbum responsorum ad falsa eius crimi-
na & conuicia. Quippe cum omnes, quibus ne-
gotium aliquod cum eo est aut fuit, crebro de-
to dicere soleant, quod de Demosthene Aeschi-
nes in iudicio grauiter dixit: *τημπέλεγμα
ἀριστώ γονι τοντός δέ σδ' ἀντί^τ
ἀληθείας δέ εἰποι*, Negotium militi est cum
homine insigniter impostore, qui ne insciens
quidem veri quicquam possit dicere. Ridicu-
lus igitur planè esset, qui sibi crimina, quæ in-
ferrit homo, quem dudum omnis fides apud o-
mnes sanos defecit, diluenda putaret; si quidem
sua sponte ita sumum abeant. Multo igitur pru-
dentius agunt, qui Andret conuicianu respondi
debunt id, quod olim Socrates se conuicijs in-
cessenti respondisse feriunt: *ναλώς γόλεγεν
εξ οὐρανού*, Benedicere non didicisti.

Hoc autē verē & rectē illi dici posse omnes,
credo, mecum fatebuntur, qui hactenus eius
consilia

consilia obseruarunt, instituta notarunt & scri-
pta legerunt. Nam illi optimè norunt Andre-
am nullum vñquam consilium cepisse, nihil in
stium ē, nullum scriptum edidisse, quod non
in honorum virorum ignominiam dirigere-
tur, quod non turbas daret, quod non conuictia
anhilarer. Itaque quandiu non fuit, quem igno-
minia aliqua notaret, quem contumelia affi-
ceret, & connicījs insectaretur, tam diu otio-
torpuit & genio indulxit Nec vlli vñquam vel
prophetæ vel Apostolo, vel alij alicui authoris
explicando vacare potuit. At quōrum atti-
nē plura dicere de re manifesta! Iacobus An-
dreas quoties eum defecit materia certam ali-
quam personam exagitandi, & mucronem suę
iracundiae exercendi:ories quo quis lapide ma-
gis mutus fuit.

Quoties igitur cūm eius, tum aliorum eius-
dem farinæ hominum scripta inspicio, iories in
memoriam redeo eius, quod memoriat pro-
didit Lactant. lib. 1. De falsa religione cap. 21.
his verbis. Apud Lindum, quod est oppidum
Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum à cæte-
ris longè diversus est ritus, siquidem non ē u-
nūia (ut Græci appellant) sed maledictis
& execratione celebrantur: eaq; pro violatis
habent, si quando inter solennes ritus vel im-
prudenti alicui exciderit bonum verbum Hoc
item faciunt omnes quorūq; Vbi uitati no-
mina sua dederūt, quoq; ei genna flectunt,

M. BEVMLERI

quotquot sacra faciunt. Nam alij hæretici qui
sibi nouas doctrinas finxerunt, ut plurimum
argumentis ea confirmare videri voluerunt;
at vero qui hanc Pandoram defendendam ac
sacris colendam suscepereunt, ut plurimum con-
uic̄tis, criminationibus, calumnījs, infaustis im-
precationibus pugnant, ac suis brutis fulmi-
nibus λαρυγγοτες cœlum territant ac instar
Neadum terram, postes, columnasq; rumpere
conantur. Adeo quidem ut facilius balenas, in
aëre volitantes & Delphinum in syluis curre-
re videas, quam οφημίας aut ullam humanis-
tatis & modestiae Christianæ significationem
in Ubiquitario scriptis deprehendas. Adeo
agrestes, adeo δύσφημα λέγοντας η τρεπή-
τοντας τὸ τῆς ἔριδ θ μῆλον, Ubiquitas.

Tertius finis, quem propositum habet An-
dreas, est, ut apud suos auditores, nostros do-
ctores exosos, atq; eorum scripta suspecta red-
dat, & ex manibus eruditæ iuuentutis extor-
queat. Nam primo vehementer metuit, ne si
nostrorum scripta legat, et diligenter euoluat,
suas fraudes animaduertat: crassos errores de-
prehendat: calumnias videat: atq; posteriori-
bus curis, que meliores sapientioresq; esse
consueverunt, locum relinquat. Id quod no-
stra ætate prospiciente Deo, repugnante An-
drea, sæpen numero factum esse, & adhuc fieri,
multorum literis, sermonibus, quærelis, etiam
ad Be-

ad Bebenhusianos assiri nullum est dubium. Nō igitur maiori asturia sibi suęq; solitarię Vbi quitau cauere potest Andreas , quām si eruditæ inuenturi persuadeat , vt sibi à scriptis, quibus Vbiq; expugnatur , cane peius & angue caueant. Deinde verò hac ratiōne suis quoque fraterculis, quos nuper, à se afflictis & perturbatis , Germaniæ Academijs præficit, multis doctis viris in exilium eiectis, consulere, eorumq; honori studere conatur. Nam constat plerosque ex ijs D. Ioannis Caluini, Philippi Melanchtonis, Rodolphi Gualtheri, Theodori Bezae & aliorum nostrorum scriptis adeo familiariter ut atque adeo delectati, vt integras quoque prælectiones ex ijs describere suisq; auditoribus proponere minimè dubitent: memores procul dubio grauissimi dicti Senecæ: Quod ab alijs benedictum est, nostrum est. Cæterum hoc quoq; loco quispiam haud immerito miretur Vbiq; mirabilis effectus. Nam in eius scholis nostri homines maxima ex parte (si videlicet conuitia excipiæ) profitentur & condemnantur, in eius Ecclesijs nostri doctores simul concionantur & infinitis conuicijs deformantur: in eius Musæis nostri sedem & domiciliū habent, studiosè asseruantur, chari gratiæ hospites sunt foris verò & in publico vel prohibentur, vel exulare iubentur, vel stentoreis clamoribus in odium inuidiamq; adducuntur.

M. BEV M L E R I

Ex his autem quæ haec tenus dicta demon-
strataq; sunt, si mentium nostrarum oculos al-
tius erigamus, facile intelligimus in Iacobō
Andrea ceterisq; eius gregalibus, nouis noue
Vbiquitatis monachis, impleri, quod Paulus
2. Timoth. 3. cap. euenturum postremis tem-
poribus prædixit: videlicet homines fore
φιλαύτες sui amantes, φιλαργύρους αυ-
τος, ἀλαζόνας glorioſos, ὑπερηφάνες ſuper-
bos, θλασφήμας maledicos, ἀχαριζες ingra-
tos, ἀνοσίες impuros, ἀδόργους charitatis
expertes, ἀπόνθικις inſcios fœderis, θλαβό-
λας calumniatores, ἀπερτεῖς intemperantes,
ἀνημέρες immites, ἀφιλαγάθες minimè a-
mantes bonorum, προπτετεῖς præcipites, τε-
τυφωμένους in flatos, φιληδόνες μάλλον ἡ
φιλοθέες, voluptatum amantes potius, quam
amantes Dei, ἔχοντας μορφὴν ἐντεβείας ha-
bentes formam pietatis, τὴν δὲ θεάματιν ἀν-
τὶ ἕρωμάς, vim autem eius abnegantes.
Hæc hæc inquam sunt, quæ in scriptis, conſi-
lijs, dictis & factis tam Andreæ quam eius fo-
ciorum luce meridiana clarius eluent: ita ut
ouum quo non tam simile sit, quam iñ
isti s hominibus, quos Paulus
hoc loco describit.

C A P.

C A P V T . II.

Quo calumniæ, quibus Iacobus Andreas
Mercum Beumlerū, in postremis suis scri-
ptis aduersus D. Gryneū in omnium odiū
& cōtemptum adducere studuit, firmis &
evidentib[us] rationib[us] diluuntur.

Hactenus itaq[ue] Deo benē iuuante, qua pos-
tuimus modestia, breuitate & perspicuita-
te exposuimus ea, quæ p[ro]p[ter]is mentibus merito do-
lorem afferunt: quia vident Ecclesiæ R[es]c[ri]ps[itione] p[re]pu-
blicas ex ijs non exiguum detrimentū capere:
Verbi Dei cursum mirnm in modū impediri:
Antichristi regnum augeri & stabiliri: animos
tam Principum quam subditorum magis ma-
gisq[ue] exacerbari: causæ disceptationem: verita-
tisq[ue] inquisitionem omitti: personarū vero cer-
tarum criminationes cumulari. Nūc vero pau-
cis exponā gaudium quod ex scriptis Andreæ
cōp[er]i. Annumerat me magnis illis viris, quo-
rum virtutes tanto studio mihi imitandas iudi-
co: quanto ab Andreæ vijs mihi cauendū exi-
stimo: exprobrat mihi stultitiam, ignorantiam,
vanitatē, inceptias, quas alijs doctissimis viris
obiecat, à quorū eruditione is tam lōgē abest,
quā Vbi quietas à maiestate humanitatis Christi:
canit de me epinecia, agit inanem triumphum;
Statuit trophæa, quod & ante multos annos &
num etiam hodie de multis eruditissimis viris
fecit: cum quibus tamen si certet Andreas, re-
cte dixeris: Asinus contra Leonem:

M. BEVMLERI

Hæc sunt quæ mihi gaudium & voluptatem attulerunt. Quid enim quæso præclarus? quid homini adolescenti obtingere posset operatus, quam in numerum tot tantorumq; viro rum reponit quæ maior laus esse possit, quam h[ic]dē esse odio, quibus sunt boni omnes? Quid deniq; honestius, quam h[ic]dem contumelij affici, quibus afficiuntur, non fures, nō latrones, non scelerati homines: sed tot tantarū Rerum pub. & Ecclesiæ lumina.

Scribit alicubi Plutarchus Phocionem inquis præiudicij damnatum, & iam iam ad supplicium ducendum, cuidam, quod vna moriendum esset ὅστις εὐλόγος καὶ δυσαρεχτίη πλανητάντι & ægrè ferenti, animo excuso & inuicto dixisse: οὐκ ἀγαπᾶς διοδίνοντα μετὰ φονίον, Annon gaudio & voluptati est cum Phocione, viro videlicet optimo, mortem oppetere? Quod si Ethnici, futurorum præmiorum ignari, pulchrum, honestumq; duxerunt, eandem subire fortunam cum viris & pietate & meritis insignibus: quid quæso nobis Christianis gratius vsu venire debeat, quam cum Dei seruis, in quos Deus tot tantarū dona, certissima euidentissimaq; suæ erga ipsos benevolentia docimēta, contulit, à mundi huius & tenebratum filijs vexari, falsis criminibus deformari, atrocibus iniurijs affici, dirisq; deuoueri?

Monet

Monet deniq; idem Plutarchus, *De Ædū-*
mu, res secundas et animi dolorem, qui ex ijs
 hauritur, plurimum leuari posse, si in vitam a-
 liorum, eorumq; magnorum virorum, intuea-
 mur, & consideremus, num quid tale ip[s]is quo-
 que acciderit. Hac ipsa medicina v[er]s[u]s dolorē,
 quem Andreas suis conuictijs facere conatur,
 non solum minuo, sed etiam penitus exhaui-
 nec solum exhauiro, sed etiam in gaudium con-
 uerto. Si enim mēdacijs & iniquis Andree p[re]z
 iudicijs deformet, video idem eximijs Dei ser-
 uis, pijs Regibus, Prophetis Apostolis & o-
 mnibus sanctis v[er]su venisse, atq; summæ laudi
 & gloriae fuisse. Si vero homo stultus & ine-
 ptus ab hoc Theologo delicato appeller, non
 video, cur magnopere doleam: ac non potius
 summè gaudeā, mihiq; gratuler: videns & sen-
 tiens Dominum meum Iesum Christū velle me
 & sibi & dilectis suis Apostolis σύμφορον
 conformem fieri. Nam ipse quoq; à suis insanī
 re & dæmonium habere proclamabatur. Apo-
 stoli vero non solum pro stultis, sed etiam pro
 καθάριση τελέσματi habitu fuerunt. At
 que hoc planè modo Christus suos consolatus
 est Matth. 5. Beati estis cum conuictati fuerint
 vobis & persequuti fuerint, & dixerint quid-
 uis mali aduersus v[er]os, mentientes propter me.
 Gaudete & exultate, quoniam merces vestra
 multa est in cœlis: ita enim persequuti fuerunt

M. BEVLERI

Prophetas, qui fuerunt ante vos.

Etsi vero, quoad me attinet, Iacobo Andreo ne verbo quidem respondere ab initio statui, quippe cum probè scirem bonos viros eius cā lumijs nō moueri amplius: actantū abesse, vt mihi suis conuicijs apud ipsos inuidiam confarrit, aut eorum de me expectationem imminuerit, aut suspicionē aliquam malam illis de me mouerit: vt me potius summē illis commendauerit & gratiam eorum auxerit. Nam vt bonis virtutis placere, sic malis displicere, summa laus est. Vnde Antisthenes, à malis laudatus, gemento dixisse fertur: ἀγωνῶ μῆτε κακού εἰργασματαί: Metuo ne quid mali cōmiserim. Attamen de consilio & sententia multorum grauissimorum viorum priorem istam sententiā mutavi, atq; Andreo calumnias, quas non paucas in me confinxit, diluere constitui: vt iij, qui Andream ater an albus sit ignorant, eum ex hisce paucis, tanquā leonē ex ynguis cognoscere queant.

Fert autem animus criminis falsa, quibus aduersum me pugnat vnius syllogismi spacio & centro includere: nam id ad breuitatē aptius, ad refutationem facilius: lectori ad intelligentium & iudicandū prouidentius erit. Cum igitur D. Ioannes Iacobus Grynæus, præceptor meus, pietatis, eruditioñis & modestiæ nomine toto orbe clarus, in Synopsi orationis quā habuit, cum finis disputationi Heidelbergē per Octiduum habitare imponendus esset, inter cœterā

teria scribit, Theologos, puta D. Boquinū, D. Zanchium, & D. Vrsinum, cæterosq; eorū collegas, qui ante septennium præter suum meritum Heydelberga ab Andreæ socis electi fuerunt, ne vnius quidem horulæ colloquium etiam suppliciter petentes imperitare potuisse: idq; Andreas confutandum suscepisset, sic argumentatur in sua admonitione de Synopsi pag. 3. multis prosyllogismis è Confutatione disputationis (per antiphrasin sic dictam) pag. 365, & 366, assumptis.

P R O P O S I T I O.

Quicunq; in Academia Tubingensi magna humanitate & admiratione per integrū diem hominem ineptum & stultum omnibus locis et temporibus, de rebus grauiissimis, quas neque didicit neque intelligit disputantem, ab omnibus in schola Tubingensi pro stulto et inepto habitum, ac sub ementito suo nomine scriptum aduersus Andreæ disputationem de Adoratione carnis Christi edi passum, magno cum auditorum rædio & admiratione, non solū audiuit, sed euā publicē confudit: nec solum confudit sed etiam eō redegit angustiarum ut nihil amplius aduersus disputationē afferre posset, atq; se publicē à suis Tigurinis dissentire proficeretur: de eo neutiquā potest dicī, quod Theologos Heydelbergenses, D. Boquinum, Zanchium & Vrsinum, ante septennium Heydelbergæ non audiuerit.

M. BEVMLERI

A S S V M P T I O.

Atego Iacobus Andreas olim dignissimus
Academie Tubingensis Cancellarius, Præpo-
sus venerabilissimus, Theologe professor &
leberrimus: nunc Eremita Bibenhusianus san-
ctissimus, clausi in eius carne ferina, delicatis
piscibus, generosis vinis affluentis Prior & quis-
simus. Palatinatus Electoralis mea opinione
et potentia cōtūrōt illustris. sumā cū humanita-
te, vt soleo, & patientia cum omniū rēdīo & ad-
miratiōne, siue silentiō impositione, & quidē in
tegrū diē, omnibus ante & post meridiē horis,
in confessu celeberrimo omniū professorum et
totius studiorū iuuentutis; Marcum Beumile-
rum hominem stultum & ineptum, omnibus lo-
cis & temporib⁹ dē rebus grauiissimis, quas
neg̃ didicit, neq; intelligit disputare pr̃sumen-
tem (vt ego loquor) ab omnibus, quorūq; me
am Magnificentiam, dignitatem, celebritatem,
sanctitatem & si quæ alia mihi suū, reueren-
tur pro stulto & inepto habitum, ac sub emen-
tio nomine, vt instar hædere assurgere posset,
scriptū breue aduersus meam disputationem
de carnis Christi adoratione edi passum: non
solum audiui, sed etiam confudi, atq; in tantas
angustias redēgi, vt non modo nihil amplius
aduersus disputationem afferre posset, atque
etiam se ad suos perscripturum publicē testa-
retur, nec solum restaretur, sed etiam se cum
suis Tiguriniis minimē sentire profiteretur.

Ergo

Ergo de me atque meis dici minimè potest,
quod ante septennium Theologos Heydelber
genses sese audiri petentes, non audiuerimus:
id quod mihi Herculeo argumento demon-
strandum sumpsi.

P R O P O S I T I O N I S
examen.

Quid quæso est, optime Lector, Orestis in-
saniam insanire, si hoc non est? quid est toti
mundo illudere, si hoc non est? quid frontem
toramq; faciem perfricare, si hoc non est? Quid
æ gri animi, omni fano rectoq; iudicio destitu-
ti, ab iracundia transuersum acti iudicium est,
si in hac propositione non evidentissimum est?
Nam præter sophisma παρὰ τὸ μὴ ἐπόμενον,
id est, scapas dissolutas, triplex fallacia, ab ig-
noratione Elenchi, hoc est, tria σαφέσαται
τεκμήεσα apertissima documenta insanit,
impudentiæ, animi æ gri & errore vagantis
sese nobis offerunt. Adeò quidem, ut de propo-
sitione hac qua Andreas D. Grynæi verbis re-
spōdet, recte dicere possimus, quod olim in-
epii cuiusdam ineptum & extra chorum sal-
tans responsum prouerbio locū dedit. Αγρες
ἀπῆτεν, διδύ απηρυγντο σκάφας, Falces pe-
tebam: illi vero negabant ligones.
Nam primo noster hic Cancellarius vagatur
extra cancellos loci, quos sibi circumdare de-

M. BEUMLERI

hebat. Nam doctor Grynatus ait nostros Heydelbergæ non fuisse auditos. Hoc vero Cancellarius, inficere volens ἐυσόχως respondet; Marcum Beumlerum Tubingæ auditum esse. Ex hoc responso, in gratiam iuuentutis & laudem Andreæ, integrum syllogismū formabo: ut quilibet anima duerat, qui vir sit Andreas.

Ergo Iacobus Andreas, quæ mea est in ecclesia authoritas, in disputando acumē & prudētia, verè affirmo, & omnibus simpliciter credendū præcipio, de eo qui auditur Tubingæ, falso dici, quod nō etiā audiatur simul Heydelber.

Atqui coram facie mea Augustissima comparuit Marcus Beumlerus, homo si eum mecum conferas nullius eruditioris, atq; à mea dignitate auditus fuit.

Ergo ex antecedentibus, etiā ipso Echo, quod Bebenhusij inter fauces montium resonat, teste ἀντιρρήσιος concludo, falso de nobis dici, quod theologos Heydelb. non audiuerimus. Id quod mihi luculentissimē et artificiosissimē si modo logicis probatur, demonstrandum fuit.

Equidem metuo Andrea, ne tui Tubingenenses, quos alioquin metu, atq; propterea odio (οὐ γε θελίατι, τὰ τοῦ Κυρτεῖν περίκαστι quem enim metuant oderunt) tibi subiecisti, tam longe in hoc ἀλογῷ tuo & ἀσυλλογιστῷ syllogismo à te dissentiant, quandiu tu nūc ab officio tuo absfuisisti, καὶ ποδάρι αλλοτριοῖς εἴη

ꝝ, pedē in alieno posuisti. Nisi fortasse huic malo succurras, atq; cōmunicatione quadam, Heydelbergā Tubigā, et contra Tubingā Heydelbergā esse, atq; quicquid verē de Heydelberga enuntiatur, idē etiā de Tubinga, & cōtrā enunciari posse & debere, sed inusitata, quę in metaphysica tua logica traditiur, prædicatione ipsis persuaseris: aut etiā tua authōritate credendum mandaueris, propriaq; manu subscribendū coegeris: & hac ratione eorum ratio nem in tui obsequiū captiuam duxeris.

Neq; hoc tibi factu ἀμύνχαστο difficile erit, si modo nō cedes malis, sed contra audentiorib; Nā si hactenus ipsis ita imponere potuisti et oculos mentis perstringere, vt te affirmante tota vero S. scriptura reclamante, crederent, & adhuc yelint nolint, credant: cœlū esse in inferno, & infernū esse in cœlo: cœlū & infernū non esse loca circumscripta, sed vbiq; diffusa: ita vt qui sit in cœlo, idē etiā sit in inferno & contraria: multo minori, crede mihi, negotio eos adduces vi credant Heydelbergā Tubingæ esse, & contra: itē qui sit Heydelbergæ eundē esse Tubingæ & contra: itē quicquid fiat Heydelbergæ idē fieri Tubingæ, et cōtra. Quandoquidē non ignoras ex logica tua metaphysica, quā ante aliquos annos Lipsiæ, Philippi Melanch. logica explosa, in plaustro fœni, quod opportunē ædes in quibus eras, præteruehebatur, magistraliter depinxisti, magis pugnare cœlum & infernum, quam Tubingam & Heydelbergā.

M. BEVMLERI

Quod si igitur à simili (quod argumenti genus
tibi plurimum arridet atq; feliciter succedit)
in hunc modum ex superioribus argumentau-
ris, eosque simplicissimam & ab omni ratio-
ne remotissimam fidem adiungere cogeret:

Quemadmodum cœlum se habet ad infer-
num: sic se habet Heidelberga ad Tubingam.
Hanc propositionem probabis alio apposito
& erudito simili, quod superiori hyeme, cum
Tubingæ disputares de Adoratione carnis
Christi, assabre fabricasti, & quam suauissimo
risu totius Auditorij exceptum sanctumq; me
ministi. Quemadmodū se habent duo pali ter-
ræ infixi: sic se habent due naturæ in Christi per-
sona. Postea verò vbi videris eos suauissime
& effusissime ridere, tibiq; annuere subsumes.

At cœlum est in inferno, & contra: vbi cœ-
lum ibi infernum, & contra: qui in cœlo idem
etiam in inferno, & contra: quæ geruntur in
cœlo, eadem etiam in inferno, & contra. Quod
si hoc loco excipient sacram scripturam cœ-
lum & infernum longissimo interuallo distin-
guere: de vitroq; tanquam de certo definitoq;
loco pronunciare: cœlum solis fidelibus, infer-
num verò reprobis & diabolis tribuere: tu eos
putrido ariete, quo me Tubingæ prostrauisti,
si testi in propria causa fides habenda est, ocy-
us prosternes, respondendo, Spiritum sanctū
in ihs locis, nobiscum balbutire. Si autem hac
non processerit, alia tentandum erit via, tua &

Brentij

Brentij authoritas manifestæ scripturæ oppo-
nenda, ijsq; tanquam Gorgone obiecta, os ob-
turandum. Sic omnibus qui à te pendent, tua
inuisitata logica tandem persuadebis terram
volare, & nihil intra esse oleam, nil extra in nu-
ce duri.

His ita confectis, reliquum est, ut conclu-
das. Ergo quæcunque sunt Tubingæ ea recte
fieri dicuntur Heidelbergæ: ac per consequens
D. Grynaeum magnifice mendacijs conuici;
rursusq; omnibus & singulis probauit, Suevi-
cam Africam, suo more, nouum monstrum pe-
perisse. Et hoc est primum Iacobandricæ eru-
ditionis documentum.

Alter error ignorationis Elenchi ab An-
dreæ Præposito committitur, quod non sibi pro-
ponit tempus, de quo sermo est. Scribit D. Gry-
natus & quidem vere scribit, ante septennium
neminem Theologorum qui Heydelberga ex-
pulsi fuerunt, colloquijs liberi copiam impetra-
re potuisse, quam nunc Illustrissimus princeps
Ioannes Casimirus Jacobi socijs vltro fecit,
Andreas ita ut decet Ubiquitatis Pontificem
heroicè responderet: Falsuna dicere D. Grynaeum:
quia ante biennium eius respondens auditus
fuerit. Faciam hoc loco quod in Heydelber-
gensi disputatione s̄epe fuit opus & in gra-
nam Andreæ, eo hisce scopis integrum sylo-
gisum, si modo fieri potest, colligam, ad hunc
modum:

M. BEV M L E R I

Quicunque ante biennium audiuit respondentem Grynæi, eundem ante septennium necesse est audiuisse Theologos Heydelbergenses.

Atqui ego Andreas Præpositus, omnibus Germaniæ Ecclesijs præponendus, ante biennium audiui Tubingæ respondentem Grynæi.

Ergo necesse est me ante septennium Theologos Heydelbergenses audiuisse: ac per consequens demonstravi D. Grynæum falsa scribere, me contra verum affirmare, sed ut pppu σικως valde.

Væ tibi tuoque syllogismo Andrea: Fortassis tui Tubingenses qui hactenus prudentes et viidentes à te miserè inducti fuerunt, atque magnam de tua eruditione & disputandi facultate opinionem conceperunt, iam te agnoscere incipient, spem quam de te habuerunt se frustratam esse sentient, talemque se Cancellarium talem præpositum, talem theologiæ professorem, talem Priorem Bebenhusianum se nactos esse dolebunt. Imò quod grauissimum est, te non solum in paedagogium, quo non ita pridè Ioannem Sturmum omnium sanorum iudicio yndiquaque doctissimum, & D. Ioannem Jacobum Grynæum, omnium bonorum sententia Theologum præstantissimum, magna tuis cum ignominia, ablegasti, puerorumque ferulæ subiecisti, ablegandum iudicabunt, sed etiam non minores

minores tuas esse in disputando ineptias &
ἀμετλογίας, quām meas esse iudicarunt, ut
tutē in libro postremo verarum Lucianica-
rum narrationum scribis, iudicabunt.

Etsi vero haec tibi impendere vides An-
drea: attamen animo ne fraugaris. Nam ego
tibi aliqua ratione succurrere posse videor: de
tua enim maiestate sarta testaq; conseruanda
sapius fortasse cogito, quā tibi maiestas Chri-
sti cordi est: Tu modo culturæ patientem acco-
modes aurem.

Persuasisti iamdudum ihs, qui te adorant,
aliquot propria Deitatis, in quo potissimum
numerat vbiuitatem (quæ certè tuæ maiesta-
tati cuius acerrimus propugnator es, pluri-
mum profuit) in humanam Christi Domini no-
stri naturam transfusa esse. Quid si igitur eis-
dem persuadeas, non dissimili artificio, candē
naturam humanam esse infinitam tempore, ut
ei omnes res tam futurae quam præterite præ-
sentes sint? Neq; fortassis ad id euincendum
rationes deerunt: si modo prius solidis argu-
mentis, id quod hactenus à te non vsc; adeò be-
ne factum esse plurimi existimant, probaueris
omnipræsentiam, omnipotentiam, & omni-
scientiam humanitati Christi realiter commu-
nicari, & communicata eam non destruere,
sed ornare.

Hæc vbi efficeris (efficies autem dux
nsi non sine puluere) sine negotio probabis

M. BEVLERI

te, ut ante septennium Theologos Heydelber
gæ audiendos & me Tubingæ ante biennium
auditum vno eodemq; loco, vno eodemq; tem
pore audiuisse: item septennium & biennium
Tubingam & Heydelbergam vnum idemq;
plane esse credant. Nam postquam in templo
Ubiquitatis sedere cœpisti, tuorumq; ratione
in tui obsequium captiuam duxisti, tuis præce
pisti ut crederent omnes homines cum filio
Dei personaliter vniiri. Ex hoc igitur falsissi
mo fundamento apud ipsos valde apodicticè,
hoc est veritati contrariè, tua autem maiestati
conuenienter argumentaberis.

Quemadmodum in persona Christi Deitas
se habet ad suam humanitatem: sic se habet ad
omnes homines.

Hoc paradoxum probabis oraculis Brennij
cuius maiestatem cum tua coniunctam hæc
nus acerrimè propugnasti, qui Recognitionis
pag. 40 sic scribit: Discrimen Christi & Petri
in eo statuendum est, quod filius Dei et si sua ci
sentia impletat Petrum sicut & hominem Chri
stum, non tamen communicat omnes suas pro
prietates, sed tantum nonnullas. Item pag. 63.
Discrimen inter Christum & alios homines
non constat propriè inhabitatione filij Dei in
filio hominis, sed communicatione propria
rum, quibus filius hominis ab inhabitante filio
Dei ornatur. Ne autem testimonio vnius fides
derogari possit, coniunges tuum cum priore:
& nomi-

& neminatim citabis illa verba tua, quæ habentur in Apologia ad Theses Ingolstadianas pag. 37. Inter inhabitationem Leti in sanctis & in Christo hoc unum est discrimen, quod sanctis distribuit sua dona dimensa, Christo autem immensa. Item si videtur etiam illa pagina 38 Christus homo hoc habet cum omnibus hominibus commune, quod cum eo personaliter Deus fuit unitus.

His ita peractis subsumes: Arqui filius Dei suæ humanitati omnia sua propria essentialia realiter & verè communicat. Hanc assumptionem manifeste falsam aq[ue] suo auctori contradicentem, probabis testimonio Brentij modo citato. Sin vero simplici & ubiquitaria fide Brentij auctoritati acquiescere nolim, & sacram iterarum testimonia à te proferri flagitabunt, quibus te planè destitui non ignoras, obiecties illis veluti Gorgonem horribilē chororum ministrorum Ecclesiarum, Ludim magistro rum & Aedituorum, qui libro concordia, quē dūtice easū wē vocitatis, nomina sua dederūt. Nam proculdubio ecto millibus ministrorum plus fidei habendum esse censebunt, quam paucis Prophetis, & Apostolis, præsertim cum vulgo te, qui istius subscriptorum manipuli corryphaeus es, pro norma dectrinae habeant.

Posthac animo facit Andricus conclude: Ergo eadem omnibus itemius continuatur.

M. BEYMLERI

At vero quæ tua est religio, dices, hæc vis-
dentur absurdia, impia & in Ecclesia Christi in-
audita, dictu audituque horrenda. Sunt equi-
dem fateor, mi Andrea, talia quæ è tuis tuo-
rumque gregalium dogmatibus sequuntur, &
quæ non diutius, vereor, impunè feretis. Quan-
quam vero hæc ita sint, attamen tibi etiam at-
que etiam cogitandum esse non negabis: Cog-
multa male interpretari, qui vñ recte nolint
intelligere. Quod tibi vsu venturum esse ante
quindecim annos magnus Philosophus prædi-
xit, nisi mature Vbiquitatis tuæ patrocinium
abijicias. Sed serò sapiunt Phryges. Si enim He-
lenam illā mature restituissent reposcenti Me-
nelao multis sese calamitatibus, quibus perfus-
isti sunt liberassent: Sic tu quoque si ante decen-
nium & amplius tuam istam Vbiquitariam He-
lenam, tibi quidem tuisq; villis fructuosam Ec-
clesiæ vero Dei funestam reliquisses, non cer-
te necesse haberes nunc tot opinionum mon-
stra fingere.

Cæterum cum factum infectum fieri ne-
queat, neq; tu peccata amplius agnoscere pos-
sis, præsta te eum virum, qui nobis à teneris vn-
guiculis cognitus es, atq; quotidie, ut videlicet
rem tuam, sicut hactenus facias, vt tuam mai-
starem atere, errores erroribus cumulare, do-
lū ex dolo nectere, atq; ex quo quis lapide mon-
strosum ignem elicere conare: quamuis ego es-
uentū, qui proculdubio tristissimus erit, nolim
præstare.

Neque

Neque causa est, cur rei nouitas, insolentia,
& impietas tantoperè commoueat, & languo-
rem, cuius solitudo causa esse perhibetur, affe-
rat: quippe cum ante paucos annos omnibus
hominibus & quæ inauditum, insolitum, im-
pium, ab omni ratione et veritate alienū visum
fuerit, segmentū tuum de corporis Christi Vbi
quitate: de cœlo & inferno neq; loco definien-
do, neq; à se distinguendo: de ascensione Christi
in spectrum commutanda. Imò quām quæso
putas ab eo omnes rectè sentientes abhorrere,
quod tu & Brentius affirmatis, omnes homi-
nes cū filio Dei personaliter vniri: omnes res
à filio Dei *ὑποστάτως* seu subsistentialiter su-
stentari: vniōnem personalem nihil aliud esse,
quām omnium proprietatum Deitatis in car-
nem realem transfusionem: sanctos proprieta-
tes Dei essentialies accipere! Aequie, crede mi-
hi, sacrilegum est dicere, non solum homines
sed etiam omnes creature cum Deo personali-
ter vniri, Deum aliquot essentialies proprie-
ties sanctis communicare, id est, dimidios Deos
facere: quā omnes in eos transfundere, id est,
totos Deos facere.

Neq; verò, quantum ego iudico, cuiquam
tuorum aliquid noui singere videberis: quan-
do omnes, quotquot te familiariter norunt,
tuis istis moribus assueuerunt.

Sed redeo ad tertium Paralogismum. Gry-
narus inquit Theologos Hiedelbergenses non

M. BEVLERI

fuisse auditos. Tu verò paulo imprudentius
(quod tamen tua pace Clarissime D. Doctor
dixerim) regeris: At tuus respondens à me au-
ditus est. Atq; inde per incogitantiam (nam a-
liquando iracundo quodam zelo & ardore
linguam tuam mentem præcurrere aiunt) ar-
gumentaris.

Si Iacobus Andreas audiuist Marcum Beu-
lerum: tum enim uero sequetur Grynæum fal-
sò scribere Theologos Heydelberga ejcien-
dos, non auditos fuisse.

Hoc connexum, quia vides non magis co-
hærere, quam lutum ē i ferro, opus habet pro-
batione. Eam verò desumes ex centone, quem
auxilio tuorum sociorum aduersus orthodo-
xum consensum non vscq; adeò felicitatē cen-
sti. Nam ibi inter cætera affirmas, locum illum
Pauli 1. Corinthi. 10. Vnus panis vnum corpus
multi sumus, non ad internam & spiritualem
vunionem, qua fideles in Christo capite vnum
euadunt, & quod omnes orthodoxi, quotquot
in Ecclesia Dei floruerunt, referunt, referendū:
sed de externa quadam & prorsus inaudita v/
nione, qua fideles cum infidelibus, aduersus
manifestum Pauli locum 2. Corinth. 6. versa-
14. 15. & 16. extra Christum vnum sunt cor-
pus, interpretaris.

Ex hoc facile conficies (nam ex absurdo
nil nisi absurdum) quod in uno homine fiat, i/
dem etiam fieri in cæteris omnibus.

His

His ita constitutis audacter subsumes: At
ego Marcum Beumlerum audiui.

Ergo falso scribit Gryneus theologos Hey
delbergenses non esse auditos.

Sed nolo in ista tua maiori propositione, in
qua nihil sanum, nihil sacrum, etiam si ex æde
sacra Bebenhusiana profecta sit, reperitur, diu
tius immorari.

A S S V M P T I

examen.

Me igitur ad assumptum tuum quam longis
fimè sumptum accingo, in quo mihi paucis
verbis multa grauiæ conuictia dixisti, atque
omnes iracundia tuae hastas vibrasti.

Antequam vero omnes partes eius refaran-
das in manus sumam, studiosam iuuentutem in-
tui gratiam de aliquibus capitibus admo-
nebo.

Primo habet hic studiosa iuētus sordidi &
seruili minimeq; generosi animi indicium &
exemplum. Nā Andreas instar σπερμολόγων
anxiè omnia conquirit, & etiam vanissimas
falsæ glorie umbras consecatur. Neq; satis
habet de alijs magnis virtis, cum quibus, vt iu-
dicant sapientes, nullo modo conferri & quo-
rum eruditionem neuri quam æquare potest,
magnifice & thrasonice triumphare: sed insu-
per etiam ex me, cui tamen omnia detrahit, &

M. BEVMLERI

quem omnium hominum , si fortassis ipsum
excipias , ineptissimum esse proclamat , tri-
umphum agere , victor currui suo Saxon-
ico imponi , insigni laurea coronatus , in Ca-
pitolum Bibenhusianum inueni gestit . A-
deo sordido & abiepto animo est haec insa-
na laurus , ut etiam in mustaceo laureolam
querat .

Tu vero Iacobe Andrea Cancellarie &
Præpositore dignissime , satine sanus es qui ex
victoria , quam ~~avavmuon~~ sine sanguine ~~ad~~
~~avavspw~~ sine sudore , tu talis tantusq; Can-
cellarius , tam insignis Theologus , tam ve-
nerandus Præpositus , tam celebris scholarum
& Ecclesiarum reformator , tam sanctus Ere-
mita , tot tantisque honorarijs , præclaris
tuæ virtutis præmij , ornatus , de homine ad-
modum adolescentem & inepto , tuo iudicio
reportasti , aliquid ad insignes tuas laudes
quibus cclum tangere tibi videris , accedes
te posse speraueris ? Noli queso ex re tam
exigua , ex adolescentem tam inepto tam ma-
gnifice triumphare , sed cogita potius eum
demum esse verum & iustum triumphum , si
benemeritis de Republica & Ecclesiâ , omni-
um bonorum consensu testimonium tribui-
tur : non si quis suo iudicio triumphet , aut eti-
am ea gloriæ insignia aucupetur , quæ leuissi-
mi qui

ni qui que aspernante.

Deinde exemplum nobis subministrat Andreas, hominis cum arrogantis & πειλαυτολογεύντος seipsum laudantis, cum etiam ἀδόλεχη loquacis. Nam primo (quod alibi Psalmus impiis tribuit) temerè garrit, loquitur duriter, iactitat sese insolenter: ut videlicet etiam de se omnium sermone usurpetur: ἐπήνετα ἐμαυτὸν, ὡσπερ ἀσυδάμας. Laudauit me ut histrio Astydamas. Atq[ue] hac in parte se non tantum ὑπερφισκόν & αὐτοφυσικὸν Theologum, sed etiam ἥθικὸν esse ostendit. Nam ὡσπερ ἀ τερφοῖς ἀπορεῦντες, οὐκ ἀπό τῶν σώματος αἰσχυνάζονται παρὰ φύσιν τρέφεδαι, καὶ τοῦτο τὸ λιμᾶν τέλος ἐσίν. οὐπος οἱ πεινῶντες ἐπαίνων, αὐτὸν τύχωσιν ἵταρον ἐπαγούντων, ἀποτοί τῇ φιλοθεοῖς παρὰ ἀπό τῶν ἀρκεῖν βόύλεθαι καὶ σωματιφέρειν δοκοῦτες ἀσχημονοῦσι, hoc est: Quemadmodum enim cibo destituti ex ipso corpore coguntur se præter naturam alere, atque hic famis finis est: ita qui laudes esuriant, si non socios nanciscuntur laudatores, ipsis gloriæ cupiditate ducti ex se ipsis aliquid sufficere & conferre volentes indecorè se gerunt, inquit Plutarchus.

M. BEVMLERI

Deniq; à monachorum & Eremitarum sanctitate aucta abhorret plurimum, suas laudes, suos triumphos, sua ingentia facta, sesqui pedalibus verbis commemorare. Militum glorirosorum, & voluptatibus diffluentium sunt isti mores & ineptie, vt pugnas narrent, & canticices suas ostentent. Nam hi viauni huic mundo: vos autem sanctuli, interdum huius mundi pertæsi in gratiam ubi queratis vestre, vitam monasticam fouetis. Si vero sine laudibus vitam acerbam putas Andrea, cogita tecum preceptum illud Solomonis Proverb. 27. Laudet te alienus & uen os tuum: extraneus & non labia tua.

Deinde Andreas hac sua iactantia nobis suppeditat exemplum hominis garruli & loquacis. Nam homines isti, quemadmodum docet Plutarchus in libro de garrulitate: ἐπεικώς δὲ οὐ τοῖς περὶ σίκας ἐντυχόσασι, οὐ παρὰ γέμοτι καὶ βατιλεῦσι ἀπεργόσακάτω; ἐνικαύτατιν, οὐ τιπερ νοσήσῃ, περιπλει καὶ παραπολουθεῖ τὸ μεμνῆσαν καὶ σινγεῖσα πολλάκις, δι τερπονεῖση λθοι, περικύθισαν, οὐ γωνίσαντο, διελέχθησαν, ἐξήλεγξαν αὐτὸν σίκας πινάς οὐ κατηγόρους, ἐπινέθηταν. Id est. Hoc plane etiam ijs, qui in iudicijs fuerunt fortunati, aut apud principes regesq; præter expectationem feliciter egere

egere, quasi morbus quidam accidit & comi-
tatur, ut s̄pē commemoretur, quomodo incel-
serint, adducti sint, certauerint, disputarint, re-
darguerint aduersarios quosdam aut accusato-
res, laudati sint.

Interea tamen cum Andreas Vbiquitatis
sacerdos interdum etiam soleat πεπορεῖν
hederam gestare, atq; ubiquitaris sue sacris
peractis in ea gaudere, suosq; oblectare lepi-
dis sermonibus, caueat moneo ne semper suas
ἐφημεσίας et κατορθώματα sua preclara fa-
cinora ipse cōmemoret. Nam ἀνδέες τὸ περι
γνωμα καὶ λυπηγνῶματι, καὶ λόγῳ ἀλλῳ
οὐδεὶς ἐπαχθῆσθε οὐδὲ βερῦς, ὡς ὁ τῷν ἑα-
τὸς ἐπαιροῦντων. Insuavis res & molesta om-
nibus & oratio alia nulla, tam exosa & diffici-
lis, quam eorum qui seipsoſ laudant, inquit
Plutarchus. Sed hæc mitto.

P R I M A C A L V M N I A

Primo Iacobus me appellat hominē stultum
& ineptum: in quo cum velit mihi ægre face-
re, suas ipsius laudes, quas in me deformando
studiosè aucupatur, non parum minuit: victo-
riam de me reportaram, qua, quantopere de-
lestat, mirum in modum extenuat, trium-
phum, quem tam magnificè ostentat, nō trium-

M. BEVMLERI

phum , sed umbram tantum triumphi esse declarat.

Deinde vero dum me alijs deridendum propinare studet , non attendit Bibenhusianus superintendens , se suam impieratem & levitatem omnibus inspicciendam & deprendam proponere , atque in Dei offenditam incitato cursu sese precipitare . Quis quis dixerit fratri suo fatue , reus erit gehennæ ignis : Matthæi quinto Capite ver. su. 22.

Præterea dum Andreas obuios quosuis , qui ineffabilia eius dogmata , quæ in solidine credit , non approbant , stultizie insimulat : ut ipse de suo Bibenhusiano tripode solus sapiens proclametur , suo se instar Soricis sylvestris prodit indicio , atque se sapientem esse , etiam si omnibus persuaserit , ut habet proverbiū , tamen nemini persuaserit . Verissimum enim est illud Solomonis Ecclesiastis 10. versu 3. Nam etiam per viam , quam stultus ambulat cor eius deficit , & dicit de omnibus stultus est .

At vero cum sacra scriptura nos iubeat bonum pro malo reddere , en Andréa sapientissimè , age pantachusie vates tibi salute præceptum dabo , & maximè necessarium , quod spero etiam gloriæ & maiestatis

statis otijç cuius aucupium, Vbi quietatem non
improbaturum esse: licet eum apud exo-
tericos, à quorum scriptis Valentiano odio
dissideret, reperiatur. Avantaid's autem cipps
ἐπίτειν τὸ φιλομαθεῖς εὐ σεαυτόν καὶ φι-
λόπονον: καὶ ἀπληγὴν αἰσθασον ἐξάλει
φε τῆς ψυχῆς, εἰπλανθάνον δέ τι φιλοδο-
νίας ἔχει. οὐδὲν δὲ αἴχιον βλασφημίας
παλινδραμέσον, οὐδὲ λυπηρότεροι. ἀλλ'
ἴσικε καὶ τὸ τέ φωτὸς αἴσχιλώμενον μᾶλ-
λου ἐνοχλεῖν τὰς ἀτθενεῖς δέσμους, καὶ τῷ
ψόγῳ οἱ περὶ αὐτῆς ἀναφερεμένοι τὰς
ψέλαντας τῶν τῆς ἀληθείας. Quæ vi tu quo
que sine difficultate legas, latine sic conuenio.
Si alium ineptum nominaueris, excita in te dis-
scendi studium & laboris amorem: sin vero
luxuriosum & intemperantem (quales proh
dolor noua nouorum monachorum claustra
intra paucos annos multos pepererunt) ab-
sterge si aliquod vestigium amoris volupta-
tum in animo tuo lateat. Nam nihil turpius
est quam conuitum in ipsum auctorem recut-
tens nihil etiam molestius. Sed quemadmo-
dum luminis percussus maiori dolore afficit
imbecillum visum: sic criminaciones quæ in i-
psos criminatores rētorquentur à veritate ma-
ximum inurunt dolorem.

M. BEV M L E R I

Quapropter Andrea cum in promptu tibi
sit & vnu, vnumquenq; qui à te dissentit, & tua
maiestatem non intelligit, stultum, stolidum,
ineptum, sceleratum & impium appellare: ca-
ue sis ne idem ab alijs optimo iure audire pos-
sis: neq; ego, ira Deus bonus bene me amet, vlu-
lum vnuquam doctum vitum, etiam ex Tubin-
genibus, Tubingæ dum vixi, audiui, qui Iaco-
bi Andreæ eruditionem, doctrinam, diligen-
tiam, modestiam vel commendarit, vel alijs i-
mitandam & affectandam proposuerit. Elo-
quentiam verbalem, vt Brentius iunior loqui-
tur, Andreæ concedebant omnes, πολυλογί-
αν & ἀδολεξίαν pauci detrahebant: audaciā,
immo destiam, impudentiam, maledicentiam
multi improbabant: arrogantiam, superbiam,
auaritiam plurimi deplorabant: eloquentiam
realē, vt idē Brētius loquitur, sapientiā, mode-
stiam, humilitatē qui prædicare: nemo occurre-
bat. Desine igitur Andrea rantis per alijs stu-
titiam, ineptias, ignorantiam, impietatem ob-
iectare, donec tuam eruditionem, sapientiam,
pietatem, tuis probaueris, & harum virtutum
non seriale, sed liberum, non metu exortum, sed
voluntarium testimonium ab iisdem consecu-
tus fueris.

A d me autem quod attinet, et si nihil mihi
arrigo, & quantum mihi desit intelligo, liben-
terq; agnosco, tamen mihi mulsum profecisse
vide or, si tua conuictia perinde feram, ac si
quis

quis bonus mihi diceret;

Ἄξενε

ἰπεῖ δύτε κακῷ δῆτ ἀφρονι φατὶ τοιχας
δυλὲ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοὶ νὺ τοι δλβια
δ ὅτεν

Hospes, non mihi tu malus, insipiensq; riederis:
Vnde vale latus, ibi Dij dent prospera multa.
Sin vero hac quoq; ratione te emollire & mi-
tigare non potuero, tēq; tuę eruditionis & pru-
dentię documenta (quae sunt conuictari, tu-
multuari, lites mouere, falsa crimina confin-
gere aduersus bonos magnos centones sarcir-
te)dare non cessare videro: me quoq; mul-
tum profecisse existimabo, si nihil durius di-
cam quam ὑγιαίνει τὴν ψυχὴν, id est ro-
gen Deum, ut sit mens sana in corpore
sane.

S E C U N D A CALVMNIA

Altera calumnia est, quod ait me omni-
bus locis & omnibus temporibus de rebus
grauiissimis, quas neq; didicerim, neq; intelli-
gam, disputare, vt tibi loqui placuit, præ-
sumere.

Primo quidē, mi Andrea, facile parior mihi
ā te omnem eruditionem detrahi, atq; eo no-
mine, tuis quoq; mulierculis & gynecaēs lu-
dendum propinari. Interim tamen, quae tua

M. BEVMLERI

est modestia, moderatè feres, si nec ego, tora
Tubinga iudice, te pro eruditio & docto viro
habeam: ac mihi verè persuadeam, te me indo-
ctum, nullarum rerum intelligentem appellan-
do, de vna fidelia duos parieres dealbare:
tua quoquè vineta cedere: & me tuo inge-
nio indicare: quippe cum tuæ eruditionis
non multò maiora, quam met exirent testi-
monia.

In hoc vero omnes quorquot de ingeniosis
& profectu eorum iudicare posunt, me plus
quam te profecisse existimant: quod ego, 2186
magis, intelligam vota mihi quotidie fa-
cienda esse & Deum optimum maximum exo-
randum, ut mihi sua gratia & spiritu adsit, me
que suas vias & statuta doceat. Cum tu è con-
tra cœlum tua opinione & nevost' oxiæ tan-
gens, nihil amplius tibi, quantum ad doctrinam
& eruditionem, prorsus deesse arbitris.
Deinde quoque diuino auxilio implora-
to animaduertam, nihil mihi tam opus neces-
sariumque esse, quam ut dies noctesque in
Sacrarum literarum, linguarum, bonarum
artium studio, omni animi contentione in-
cumbam. Tu vero illa studia vel contem-
nens, vel flocci pendens, vel homine Chri-
stiano indigna iudicans, vel in ihs wegs aixd
zav tpari nay negrleus snlqz, id est, ad ex-
tremos

A P O L O G I A. 52

tremos limites & Herculis columnas, ut sua
pacem Pindari verbis viar, peruenisse ratus, o-
anni exercitio nuncium misisti.

Ceterum dem tibi, quod vehementer
affectas, te in omnibus esse omnia octo;
tamen dicam tibi illud vetus: πολυμα-
θητικόν οὐ κενά τε εγρ ἄλλο. Non as-
liud mage inane, quam plurima scire. Sed de
his satis.

Me vero ait omni loco & tempore dispu-
tare de rebus quas neque didicerim neque in-
telligam. Graue profecto crimen, & dignum
quod ab otioso vbiuitatis sacerdoce re-
prehendatur. Primum autem Andrea li-
ceat mihi ex te querere, vitum cerebri fa-
tis habueris, quum ista scriberes, & an
apud te fueris, quum istud mihi criminis
dandum censeret? An alienum quæsto est,
ab officio ingenui adolescentis, vbiunque
se se obtulerit occasio, de rebus serijs, gra-
uibus, & obscuris liberè libenterque con-
ferre? Nisi tu malis bona ingenia de re-
bus ludicris & leuibus (quod te inter pocu-
la sàpè facere, amici tui sàpè mihi dixe-
runt) colloquendo, tempore & otio abutii.
Ego autem præ me fero, me vbiique loco-
rum, & omni tempore, & ab omnibus qui
aliquid boni didicerunt, tam audiendo,

M. BEVMLERI

quam disputando discere promptū paratumq; esse. Atq; persuasum habeo, vt tu mihi hoc criti-
mini esse oportere opinatis: sic apud omnes bo-
nos laudi & gloriae fore.

Porrò addis me disputare, de rebus quas
neq; didicerim, neq; intelligam. Piaculum hoc
quoque profecto magnum est, & non indis-
ignum quod ab Ubiquitario Theologo corri-
gatur. Scilicet omnium omnino disputatio-
num non finis est rerum, quas vel ignoramus
vel non recte intelligimus, vel etiam de qui-
bus dubitamus, perf. Etia cognitio Nisi Andre-
as hoc quoque nouum & insolitum suis per-
suadere velit: prius videlicet res perfecta scien-
tia comprehendendas esse: ac num demum au-
diendo, disputando, exercendo tractandas.
Hæc profecto Andrea tantum abest, vt erudi-
tis tuam eruditionem probent, vt potius te quo-
que communem sensum amississe aperte decla-
rent: quippe cum non minus à rei natura ve-
ritateq; abhorreant, quam tua Ubiquitas à ve-
ro circumscriptioq; corpore Christi.

Verum hoc quoque loco miror Andrea,
si frontis aliquid & conscientiæ in te residuum
fuit, cum ista scriberes. An nescius es, aut rerum
Tubing. morumq; decretorum, postquā ieioli-
tudini mandasti, tām oblitus, vt nō memineris
te Pontificem istius Academiæ ier. Maximum
sedulō causisse, et omnibus interdixisse privatis
disputationibus? ne scilicet virus Caluminianus
(sic enim

(sic enim vobis veritatis doctrinam appellare lubet) teneris iuuentutis animis instillatur: adeo imbecillæ vestræ ubiquitati timetis. An rogo, ex memoria tua discessit, postquam Bibenhusium concessisti, omnes eos, quotquot contra vestra dogmata disputarunt continuò ad vos delatos, sui delicti rationem reddere coactos, grauitate obiurgatos, tacere iussos esse? Scis autem Marcum Beumlerum ad vos non modo non accersitum unquam, sed ne verbo quidem à quoquam de hac re compellatum fuisse. Neque vero quisquam tam rerum ruditus & ignarus est, qui suspicetur Marco Beumlero plus licentia, quam cæteris apud vos fuisse.

Quod autem aliquoties domi tue de religione contuli, id scis non mea sponte, sed te inuitante & per alios solicitante factum esse id, quod nunc reprehendis, iure ne an iniuria indicent ih, qui sine affectibus iudicare possunt.

In publica vero disputatione, omnes quotquot ei interfuerunt, norunt, me inuitum & recusantem tuis obtestationibus difficulter eō fuisse pertractum, vt tecum, quem hominem gloriosum esse, & s̄epe antea triumphasse victoria nondum constituta, aut etiam desperata sciebam, colloquerer. Sed mi Andrea, suscipe ad punctum temporis,

M. BEVMLERI

Si potes , hominis sani cogitationem , atque
in te ipsum descendere , tuum ingenium , tuos
mores , tuamque eruditionem perpende : &
reperies me tuo ingenio iudicari , teque eo/
dem crimine , cuius me insimulas , optimo iu/
re condemnari posse . Nam primo inter o/
mnes constat , te saepenumero & multis in lo/
cis inter pocula spumantria nostros homines ,
si videlicet in tuo territorio fuerint , & quos
non usque adeo exercitatos nouisti , ad dispu/
tandum de persona Christi & Cœna Domini/
ca importunè & temerè prouocasse . Dein/
de quid libri tui postremi aliud complectun/
tur , quam quomodo nunc in acidulis cum
Tigurino ministro : nunc in aliquo oppido
cum viro Zwingiano : nunc montis Pelis/
gardi cum Daniele Tossano : nunc Vuit/
tenbergæ cum multis hostibus : nunc Tu/
bingæ cum Marco Beumlero : nunc cum a/
lijs , alijs in locis disputaueris , viceris , aut
ad absurdâ extrema redégeris . Sed neque
animus neque otium est omnia tua conui/
zia retorquere : satis esse videtur demon/
strasse , te non amplius turpe ducere a/
lijs virtio vertiere ea , quæ tibi
ipsi gloria laudicę
esse vis .

TERTIA

T E R T I A C A L V M N I A

Ais me fuisse auditum cum omnium tædio. Assentior tibi Andrea. Sed causa huius tædij non certè in me, sed in te fuit. Nam primo nosti mihi non licuisse totò isti die multa loqui, sed necesse habuisse was longas conciones audire, quas interdum ferē vitra horam producebas. Nosti deinde me s̄x numero, si tu declamitando defatigatus verba facere censes, meum argumentum repetiisse, atq; rogaf se ut breuiter & rotundè responderes, omis is digressionibus, tergiversationibus, anfractibus, sicut ego mea argumenta breuiter, syllogisticè & dilucide proponam. Nosti deniq; quid responderis, videlicet hoc minimè fieri posse, quippe cum non mei causā solūn; adsis, sed nibi ratio habenda sit ceterorum auditorum, qui longiore rerum explicacione etudiendi sint. Nosti insuper tuorum eam esse prudentiam & modestiam, ut facile intelligere potuerint, mihi homini adolescenri veniam dandam esse, eiamsi aliquid præter decorum fecissim.

Χρῆσθαι γνῶμην ἔχειν
εἰπεὶ φίλοις, σπλαγχνοῖς ἐντονοῖς φέρειν,
μάταια βάζει. Id est. Par est enim ignoscere,
si quis inuenili temeritate cōcumacior, minus

M. BEV M L E R I

apta dixerit, inquit Euripides in Hyppolyto.

Quod si ergo illos audiendi rædium & satietas cœpit, noii quæsto culpam in me conferre, sed tuis potius indignare: quod te dignissimum suum Cancellarium non maiori studio & voluptate audiuerunt, quam vifibi rædium & languorem oboriri paterentur. Idque eò magis, quod te non fugit, me non semel petiisse, tuis intollerabilibus conuiis, quibus nunc dominum Bullingerum, nunc D. Betzam, nunc D. Danæum, Calvinum, Philippum Melanchtonem, Zwinglium arrodebas commotum, ut mihi omnino tacere liceret, & alij qui conuiis delectaretur, locus disputandi daretur. Ibi tu per Dei gloriam me obtestabar ut colloquium continuarem: sa- tius enim esse dicebas me, qui sim exercitanus argumenta asserre, neminem esse cui res ista non sit grata furura.

Primo Andreæ si tantæ meæ fuerunt inep-
tiae in disputando, si omnibus stultus & ine-
ptus visus fui: quid opus erat tanta obtestatio
ne cū sacrosancto nomine diuino coniuncta?
an non satis erat mihi illudere, atq; patientia
toris auditorij abutit: quid necessum fuit sacro
sanctum Dei nomen in scenam illam produc-
tere & vindicabit, noli dubitare, Deus suam
gloriam & sacrosanctum suū nomē: per quod
sciunt multi boni te in conuiis etiam res le-
uissimas confirmaturum, sine omni religione
pejurare.

Deinde

Deinde Andrea an non te puduit alijs do-
ctis viris disputandi tempus præripere, idq;
homini qui omnibus tædio esset tribuere, at-
que in re tam ardua & Dei gloriam concer-
nente, instar histrionis, scurriliter, ut quidam
ex tuis loquitur, ludere?

Sed fortassis non satis vobis fuit ante
paucos annos, praeclara Dei organa, &
magna Ecclesiæ lumina, Philippum Me-
lanchtonem & Ioannem Caluinum, virum-
que in Domino piè placide que defunctum,
cum Studgardiæ Bacchanalia celebraren-
tur, in scena introducere, miserè depingere,
ac tandem igni tradere: quod triste spe-
ctaculum ab omni humanitate & Christia-
na charitate remotum, animi leuis & cru-
delis indicium, multi boni viri magno cum
dolor spectarunt. Tu vero Andrea cum
tuis socijs, qui huiusmodi fabulis delitia-
rum vestrarum condimentis pascimini, pau-
lo post, nisi seriam pœnitentiam agatis, fa-
bula fietis: neque dubium est ulli pio, quin
extremum & emotuuale fatum, vos
ad tantam libidinem exer-
cendam vrgeat.

M. BEVMLERI

Q VARTA CALVMNIA

Ais quoque te me ita confudisse, vt nihil amplius aduerius disputationem tuam afferre possemus. Si Doctor Andrea longas orationes texere, si nihil ad argumentum respondere, si variè tumultuari, si dilataco gurture clamare, si grania bonis viris conuictia dicere, si interrogantem ridere, confundere & vincere est: dubi largiorq; , te me athleticè confudisse, atq; magnifice viciisse. Imo, vt liberalior in te sim, proclamo & propuncio te victorem omnium orthodoxorum, quotquot hactenus aduersus te pro veritate pugnarunt: in quo omnes ad unam quod ego sat scio, mihi astipulabuntur. Tu vero pie Lector, vt victoriam quam Andreas arroganter sibi vendicat, estimare possis, tria tantum argumenta, quæ in illa disputatione à me allata fuerunt, hoc loco repetam, et quomodo Andreas ea confuderit, bona fide exponam.

P R I M U M A R G U M E N T U M
contra realem idiomatum communicationem.

Si unum proprium essentiale Deitatis realiter non potest communicari, nec ullo modo competere humanitati Christi: sequitur nulla omnipot

omnino communicari aut realiter competere.

Rationes duas afferebam. 1. Quia propria Dei essentialia nihil aliud sunt, quam ipsa Dei essentia: ac propterea a se mutuo tam non possunt separari circa sui perniciem: quam ipsa essentia Dei, quae est ἀπλάσιη καὶ αὐτοποιητική, id est, simplicissima, ab omni compositione alienissima, & in nullas partes dividua.

2. Quia omnium proprietatum essentialium una eademque est definitio, una eademque natura, una eademque ratio, quoad communicationem: Nam omnia eodem modo ἀκοινωνίσθαι ζεχουσι, in communicabiliter se habent.

His substituebam: At verò aliquot propria essentialia nec communicantur, nec competit realiter humanitati Christi, ut summa eternitas, infinitas &c.

Ergo nulla omnino propria essentialia Dei tatis realiter, humanitati communicantur aut competit.

Ad hoc argumentum cum Andreas nihil haberet quod responderet (ut nec hodie habet quod respondeat solidè) sola negatione connexi, tam firmis ratioibus à me obrata, sine via ratione allata, me, si Logisticis placet confudit. Nam primo concebat, & adhuc, nisi nouam monstrum,

M. BEVMLERI

ut solet pariuriat, libenter concedit, humanitatem Christi non esse ab eterno, ac propria non infinitam. Itaque ut modo dixi, valde insolenter & cum omnium Doctorum admiratione, negare coepit, non necesse esse ut, cui unum proprium essentialē communicetur, eidem cetera omnia aut nulla omnino communicentur. Atque tandem cum se in omnes partes vertisset nullumque lapidem pro obtainendo hoc suo paradoxo non mouisset, ac me liberius instare firmasque rationes reposcere animaduertisset: tandem ad M. Georgium Lieblerum prouocauit, atque ut ipse de axiomate, quod ego vrgbam, Iacobus vero Andreas oppugnabat, pronuntiaret, etiam atque etiam contendit. In quo primo, ut verum fatear, Andreas Iurarem, ne quid grauius dicam, mirabatur: qui cum philosophos & Physicos, à professione Theologiae & à defensione veritatis valde insolenter remoueat, iam sui ipsius oblitus, M. Lieblero, hanc sententiam, in schola Theologica, dijudicandam proponeret.

Deinde hoc quoque mihi non minus mirum fuit, quod Andreas M. Liebleri sententiam, de hoc ipso axiomate probè cognitam haberet, tamen eam in publico loco rursus expeteret. Nam non multò ante discipulus quidam eius, Magister bonarum artium crean-

dus,

dus, disputationem philosophicam de vnione personali & communicatione Idiomatum, conscriperat, & consentiente & approbante Lieblero imprimendam curauerat: in qua hoc axioma multis rationibus ab ipso M. Lieblero approbatis confirmabatur. Ne vero pia iuuen-
tus recte in doctrina illa eruditetur, Andreas suæ Vbiuitati cauere volens, eam disputationem suppressuendam curauit: atq; tam Lieble-
ro, quam eius discipulo multas molestias crea-
uit. Itaq; cum tam ego quam Andreas de sen-
tentia Liebleri non dubitaremus & ne ei de
nouo pericula crearentur, aut ne contra con-
scientiam pronunciare cogeretur: vt ego eius
sententiam non admodum desiderabam, sic i-
pse eam interponere tergiuersabatur. His ego,
vt gloriatur Andreas, confusus, iussus sum a
liud argumentum proponere. Et hoc est pri-
mum Iacob Andricæ victoriæ testimonium.

A L T E R V M A R G V M E N T V M
*aduersus realē idiomatum
 communicationē.*

Quemadmodum in persona Christi, in
 qua dux naturæ saluæ & incolumes manent,
 se habet propria essentialia humanitatis ad di-
 uinitatem, respectu videlicet communicatio-
 nis: sic se habent propria deitatis essentialia ad

M. BEVMLERI

humanitatem. Hanc propositionem fulciebam
testimonijs Sacrae scripturæ, in qua p: oprijs
Deitatis nō magis tribuuntur humanitas Christi
quam propria humanitatis tribuuntur Deitate. Sic Christus non magis dicitur fuisse ante
Abrahamum Ioan 8. ver 53 Quam post Ioan-
nem venisse. Ioan 1. ver. 27. & 30 sic Christus
a Ioanne Baptizatus non magis dicitur filius
Dei. Matth. 3. ver. vltimo quam glorijs Domini
nus crucifixus 1. Cor 2. ver. 18. His addebam
perpetuum & constans primiux Ecclesiæ tes-
timonium, quod Damascenus libro 1. de Or-
thodoxa fide Cap. 4. numero complexus est:
Καὶ γὰρ ὁ χριστὸς, ὅπερ ἔστι τὸ σωματόε-
νεν, καὶ θεὸς καὶ αὐθεοπόλεμος λέγεται, καὶ
κτισθεὶς καὶ ἀκτισθεὶς, καὶ παθητός, καὶ ἀπα-
θητός. Καὶ ὅταν δὲ εἴη οὕτως μερῶν, γέρος θεός
καὶ θεὸς ὄνομαζεται, δέχεται τὰ σωμα-
φετημένα φύσεως ἴδιωματα, ἢ τοι τῆς σωρ-
τοῦ, θεὸς παθητός ὄνομαζεται. Θεός, καὶ κύ-
ρος τῆς θεότητος ἐσανεψευδεῖται, καὶ κυρίος
θεὸς, ἀλλαγὴ ὁ καὶ αὐθεοπόλεμος ὁ ἀντός.
καὶ ὅταν αὐθεοπόλεμος καὶ οὐκ αὐθρώπος ὁ ο-
μαζεται, δέχεται τὰ τῆς θείας ἡστασιδιώ-
ματα καὶ ἀνθημάτα, πανταλονισμούς,
καὶ αὐθεοπόλεμος, ἀλλαγὴ ὁ θεός ὁ περι-
ανταλονισμός, γέγονεν ἐπ' ἰχάπον πατέριον. καὶ

Ζτὸς ὅστις ὁ θόπος τῆς αὐτοπλόσεως, ἐκατέρας φύσεως αὐτοῦ μίδυσης τῇ ἑτέρᾳ τῷ ἴδιῳ σῇ την τῆς γάστρας ταυτότητα, καὶ την εἰς ἀλληλα ἀντίην τοιχώρησιν. καθά τοῦτο διαμάνεδη ἐπεῖν τοιχίον χριστόν. ὁ θεός οὐκέτι τῆς γῆς ὄφει, καὶ τοῖς αἱρετοῖς οὐκέτι ερεπάφη, καὶ ὁ αὐθεφπός οὐτός ἔστι καὶ ἀπαθής, καὶ ἀπείρεπός, hoc est. Etenim Christus, qui est virumque simul, & Deus & homo dicitur, & creatus & increatus, & passibilis & impassibilis. Atque cum ex una parte filius Dei & Deus nominatur, recipit consubstantialis naturae propria, id est, carnis: Deus enim passibilis nominatur & Dominus gloriæ crucifixus, non secundum quod Deus, sed secundum quod homo ipse est. Et cum homo & filius hominis nominatur, recipit diuinæ essentiae idiomata & gloriam, puer ante sæculum & homo principio carens, non secundum quod puer & homo, sed secundum quod Deus ante sæcula existens, factus est, postremis temporibus puer. Et hic est modus αὐτοπλόσεως, id est alternæ attributio- nis, cum veraq; natura, mutuo tribuit alteri na- turæ propria propter personæ identitatem, & ipsarum in se mutuo immeationem. Secundum hoc dicere possumus de Christo, hic Deus no- ster in terra conspectus est, & cum hominibus

conversatus est: & hic homo increatus est, &
impassibilis & incircumscrip^{tus}.

His ita peractis subsumebam: Atqui pro-
pria humanitatis essentialia, non realiter tri-
buuntur Deitati. Blasphemum enim esset, dice-
re Deitatem in sua substantia esse natam, cruci-
fixam, passam, mortuam, sepultam, resuscita-
tam, ad corlos elatam.

Ergo propria Deitatis essentialia non rea-
liter tribuuntur & competunt humanitati.

Propositionem meam sacrarum literarum
testimonij & catholicæ Ecclesiæ consensu con-
firmatam oppugnare cœpit Andreas, qua con-
scientia & pietate, videat ipse. Diuinitatis, in-
quit, ea est perfectio, ut nihil ei potuerit acci-
dere ab infirmitate humanitatis. Nam si quid
accidisset ei, necessario sequeretur, non fuisse
Deitatem. At vero humanitas multa potuit ac-
cipere à Deitate. Et hæc sunt prima indicia vi-
ctoris Iacob Andricæ, quam in secundo hoc
conflictu obtinuit, si verum est quod scribit.
Ego autem animaduertens Andream tam mihi,
quam alijs fucum facere & equiuocatione
vocabuli, cœpi reponere me nec ignorare, nec
negare, humanitatem Christi plurima, maxi-
ma, & nobis incomprehensibilia dona acce-
pisse à diuinitate: summam videlicet illam di-
gnitatem, ut sit humanitas filij Dei propria: so-
cietatem officij mediatoris inter Deum & ho-
mines, capit is Ecclesiæ, gubernatoris & iudi-
cistoris

cis, totius mundi, societatem honoris & adorationis vnius cum λόγῳ. Nobis vero certamen esse, non de donis, quæ Christus in immensum locupletius, quam omnes homines & angeli accepit, sed de essentialibus proprietatibus, cuiusmodi sunt, esse ab aeterno, esse infinitum loco, tempore, potentia, & si quæ sunt similia: de his inquam queri, an aliter humanitati Christi, quam propria humanitatis diuinitati communicentur.

Quod vero Cancellarius addat diuinam naturam esse perfectiorem, quam ut aliquid ab humanitate realiter accipere pouverit: id contra me non esse. Nam humanitatem, quatenus videlicet humanitas, in sua natura & essentia consideratur, non minus perfectam esse, quam diuinitatem. Utramque enim ita perfectam esse, ut proprietates salvas retineat, nihilq; suæ perfectioni contrarium, & immediate cum ea pugnans recipiat. Ut Deitas in se nō recipit τὸ παθητὸν καὶ πεπίγραπτον, id est, ut pari & loco circumscribi possit. Nā si hæc etiam quatenus humanitatem in sua persona gestat, realiter in se reciperet: Deitas esse desineret. Ita quoque humanitas aeternitatem & infinitatem & omnipræsentiam in se realiter non recipit, quia his non minus destruuntur, quam diuinitas illis. Itaque in Andreæ response: nihil aliud agi quam peti principiū. Ac proinde si ex istis phrasibus quas Sacra

M. BEVMLERI

Scriptura & Ecclesia usurpat & agnoscit, Homo est Omnipotens, omnipræsens, colligat. Ergo humanitas Christi est realiter Omnipotens & omnipræsens: Eodem modo me colligere posse ex hisce, Deus est natus, passus, mortuus, Ergo diuinitas est passa, mortua.

Ibi tunc cum Andreas mirè se instar anguiti torqueret, & pro obtainenda victoria vehementer laboraret: nec tamquam quicquam solidi afferrer, ac λόγους nervis & thoris destitutos texeret: nec scilicet solus veteranus tyronem vinceret, ac sine Theseo tam opima spolia deportarer: surgit quidam ex discipulis eius (quem ait Andreas in disputatione Heydelbergensi, adeo Doctorem Grynaeum confudisse, ut etiam Illust. Principi Iohanni Casimiro, admiratione fuerit) ac misero magistro suo opere ferens, cœpit exclamare: dignissimè D. Cancellarie, est magnum sophisma in opponentis argumento. Ibi certè faveor, me non parum animo perculsum fuisse. Nā intelligebam non solum totū Auditorium, exceptis paucis, qui Vbi quieti genua non flexerunt, à me alienum esse: sed etiam mihi adolescenti cum tribus robustissimis hostibus, hastas suas in me vibrantibus, congregdi necesse habere. Primus erat Andreas, qui se omnium hominum doctissimum putat: Alter eius respondens, qui diu ministerio Ecclesiæ functus erat, & Iacobum acmine disputandi, doctrinaque superare, indicabat.

dicabatur: Tertius erat his nouus Magister, qui si ea præstiterit, quæ triumphator Andreas ei tribuit, non dubium est, quin multis modis, eruditione Andream excellat. Neque hunc timorem mihi crimini esse oportere existimo. Cum enim ne Hercules quidem contra duos: quomodo ego adolescens contra tres astos Hercules?

Sed tamen audiamus fulmen illud, quod hic, venia à Cancellario dignissimo imperato, in me magno clamore contorsit. Argumentatur, inquit, falso à prædicatore ad insisse. Nam multa etiam prædicatur in philosophia, quæ tamen non insunt. Sic Deus dicitur passus: non tamen inde sequitur, diuinitatem realiter esse passam in sua essentia: quia diuinitas non est subiectum passionis.

Hoc brutum fulmen, quo me prædicatus unius ille Magister, non secus ac Doctorem Gry næum in disputatione Heidelbergensi, penitus prostrauisse arbitrabatur, cum repente è vestigio in ipsum authorem, ad hunc modum retorisset: Eodem modo ego contendeo, vos sophistari, cum scribitis & docetis, humanitatem esse omnipotentem & omnipræsentem, quia Christus homo, est omnipotens & Omnipræsens: Andreas animaduertens suum illum Télemachum non usq; adeo fœliciter pugnasse, neque telum quod in me mitteret superfluum

M. BEVMLERI

videret, pugnam continuò dirimit, ac nos ista priuatum transigere iuber, meque aliud argumentum, si velim, afferre hortatur. Et hoc est alterum victoriarum Jacob Andricæ testimoniūm.

Non possum hoc loco silentio præterire me cum viderem Andreā eiusq; succenturiates hoc modo mecum agere, in hæc verba eru pisse: si tu Iacobe Andrea vel uno Sacræ scripturæ testimonio tuas istas prædicationes, Humanitas Christi est Omnipotens, Omnipræ sens, omnisciens probare & confirmare poteris: tum ego pedibus manibusq; in tuam sententiam ibo. Ibi Andreas aquam sibi hærente sensit. Ne tamen sibi dissimilis esset, protulit locum ex Ioannis 1. Epistola, sanguis Christi emundat nos à peccatis. Ergo sacra scriptura aperte dicit humanitatem Christi esse Omnipotentem & Omnipræsentem. Sed nolo omnes Andreæ nugas persequi.

T E R T I U M A R G V M E N T V M,
aduersus glossam Iacob Andricam in
verbis Cœnæ.

A Duersus glossam Adreanā qua scriptum in verbis Cœnæ, hoc est corpus meum, in has formulas loquendi conuertendo, in pane, sub pane, cum pane est corpus Christi, rām acce ratiē retinet & tuerit: in hunc modum argu men-

mentabat ex eius hypothesi.

Quæ ratio est resoluendi, explicandi & intelligendi prædicationem de pane in Sacramento cœnæ: eadem plane est de vino.

Huius propositionis ratio afferebatur ex eo: quod vtriusq; prædicatio esset Sacramentalis, & vtriusq; Sacramentaliter intelligenda.

Atqui Andreas retinendo Scriptum in verbis cœnæ, propositionem illam, Panis est corpus Christi, ad hunc modum resoluendam & intelligendam esse docet, in pane, sub pane, cum pane est corpus Christi.

Ergo illa propositione poculum est nouum Testamentum, ita resoluenda & intelligenda erit, in poko, sub poko, cum poko est nouum Testamentum.

Propositionem cum Andreas negare non posset ne auderet: quippe cum extra omnem controversiam sit, eandem esse prædicandi rationem de poko, quæ est de pane Eucharistico: ceperit, ne scilicet victus teneri videretur, atq; omnibus suam eruditionem probaret, in diuini paradoxicum, quod ab experientia Universalis, à rerum natura & veritate abhorret, comminisci & propugnare: scilicet ad uniuersum diplomatis Testamenti, & rei legatae, ad Testamenti veritatem sanciendam, omnino requiri, ut Testamentum & res legata semper in uno eodem loco sint sita, seu ut res legata sit in & sub Testamento. Secus enim si fiat, Testa-

M. BEVLERI

mentum violari & inane fieri. Tandem vero
cum videret me istis φλυαρίαις & nūgis, quas
ipse pro gemmis habendas esse censebat, nec
moueri, nec pati mihi imponi: sed grauissimis
aliquot rationibus, earum attonor demon-
strare: miser iste homo, qui tum quoq; trium-
phabat, si eius os, si frontem, si impudentiam
spectes, quasi furore percitus, sese ad Iuriscon-
sultos clarissimos conuertit, atque ab iis hanc
quæstionem in Schola Theologica agitata
dijudicari, suamq; nouam & inauditam opis-
tionem confirmari, ex iiris prudentia cupit.

In quo rursus Andreas, si modo ea verè &
constanter sentit & credit, quæ nuper in sua Ad-
monitione Germanica aduersus Doctorem
Christophorum Herdesianum valde insolens
ter scripsit, ijsq; assentitur, sui ingenij duo claz-
zimisima specimina edidit.

Nam primò noluit, et si id vehementer se
cupere simularet, clarissimos Iurisconsultos
suam sententiam interponere: sed hoc sibi per-
suasit, fore, ut illi, ratione in obsequium Jacob
Andreanum captiuata, simplici fide & stupido
assensu eius sententiam approbarent, nisi for-
tasse voluerit eos repente ē vestigio non secus
ac Vra 2 Samuel. 6. à Deo peniri. Id quod ex
Apostrophe eius ad Iurisconsultos in breui
gunt. Nam ibi inter cetera ad hunc modum
scribit: Dilecti Calviniiani Iurisconsulti arbura
mini

minite Deum vōs diutius toleraturūm esse, ac non potius Christum de dextra Dei aliquando probaturū, quod et si causa vestra, quod tamē non est, bona esset, eam tamen sine vobis, quorum illa vocatio non est, rueri possit, ac non nescire habeat eiusmodi sociorū opera vti, quos discipuli eius & Apostoli Petrus inter fures, latrones, & maleficos numerarūt. An oblitus estis 2 Samuel. literis proditum esse, Vzam filiū Abinadab, qui cum boues à via deflecterent, accurrens, arcām Dei manu tenebat, ab ira Dei accensa, continuo occīsum fuisse proprie temeritatem suam.

Agnoscis procul dubio Andrea verba tua, ex quibus bona fide, hanc sententiam, deduco. Jurisconsulti etiamsi bonam causam in religione tueantur, à Deo punientur nō secus ac Vza, & pro furibus latronibus ac maleficiis à Petro et Apostoli habentur. Tu vero Andrea ex hac propositione, quā non ratio sed iracundia, non humilitas & modestia, sed arrogantia & sapientia extorxit, nolens volens subsumes.

Atqui ante biennium, Andrea perente & invitante, Jurisconsulti Tübingeri, suam sententiam de Testamento, in Schola Theologica explicarunt & dijudicarunt.

Hoc ubi feceris tuo oraculo concludes. Ergo illi Jurisconsulti non secus ac Vza à Deo puniendi, pro furibus, latronibus & maleficiis sunt habendi.

M. BEVMLERI

Atq; hæc te de ipsis sensisse & nunc sentire
ante annum omnibus Tubingensibus proba-
sti. Nam cum vid̄ res Deum tuæ crudelitati
non indulgere, & vulnus illud quod Clarissi-
mus Jurisconsultus Ioannes Hochmannus tibi
in Disputatione inflixit, non modo altra mente
repostum maneret, sed etiam indies rerudie-
sceret, eum ipsum, cum coram tua magnifica-
tia Medicinæ laudes extolleret, magna tui cum
ignominia & omnium admiratione, oratione
eius interpellata, Vzæ videlicet zelo percitus,
blasphemum & impium nominasti. Atq; in isto
actu solenni multa alia admisisti, quod tuam
modestiam, humilitatem, charitatem, pacis
tranquillitatem studium parum commendant.
Quæ tamen cum toti mundo pateant, & à mul-
tis bonis deplorentur, nolo in ihs recensendis
diurius commorari. Sed habes primum ingenij
qui candidi indicium.

Deinde verò tu ipsius iudicio te causam
morbida, putrida, ruinosa, malam, inu-
tilem (tot enim epithetis tibi in breui Admo-
nitione tua vii libuit) fouere ac defendere, a/
periē demonstrasti, id quod hoc syllogismo è
tua hypothesi exstructo euincam.

Eos demum Theologos malam causam
queri necesse est, qui Doctores, iuris & medi-
cinæ, Galenum, Bartholom & Baldum implo-
rant, atq; eos tanquam procuratores & advo-
catos conducunt,

Hanc

Hinc Propositionem probo testimonio Iacobus Andreæ omni exceptione maiori, è cuius Admonitione pag. 11. & 14. desumpta est. Vbi hæc eius verba leguntur. Oportet vero illam morbidam, putridam, ruinosam, malam, iniutilēm esse causam, ad quam conseruandam concessionatores Zwingiani non sufficiunt, sed necessitate habent Doctores medicinæ & iuris ciuii-
lis, Bartholom & Baldum inuocare, & eos tanquam procuratores & aduocatos condu-
cere.

His substitues etiam præter uoluntatem tu-
am: Atqui Iacobus Andreas, in Theologica di-
sputatione Tubingensi, de Testamento Christi
Iurisconsultos, omnibus alijs præsidij destitu-
tus, in consilium adhibuit, eorumq; opem im-
plorauit, & suffragium emendicare studuit.

Ergo volens nolens ex superioribus con-
cludet Andreas, suam causam esse morbidam,
putridam, ruinosam, malam et iniutilēm, quam
defendendam in gratiam Euthychianæ & bi-
quitatis suscepit. Sed non sibi plura ingenij
Jacob Andrici in hoc facto documenta expone-
re: hoc tantum ideo addidi postulari ab omni-
bus, ut ab ijs se se abstineant maxime vitijs, in
quibus alterum reprehenderunt: Atq; non mo-
dum accusatorem, sed ne obiurgatorem quidem
ferendum esse cum, qui, quod in altero vitium
reprehendit, in eo ipse deprehenditur.

Nunc igitur audianus quomodo consube-

M. BEVMLERI

stantiationem Andreæ sacramentariam Iuris-
consulti confirmarint. Inter ceteros surgebat
ad pronunciandum Doctor Ioannes Hochman-
nus, Iuris Canonici professor, atq; manifeste &
libere nouam & inauditam Iacobi Andreæ de
Testamento sententiam à Iure Ciuiti abhorre-
re penitusq; ignorari citatis locis comproba-
uit: quippe cum Testamenti virtus non in eo
consistat & perspiciat, ut in uno & eodem lo-
eo cum re legata collocetur & coiungatur: sed
in eo potius, ut Testameni virtute & adiumen-
to, testimonioq; de re legata certi siamus, atq;
suo tempore percipiamus. Huic sententiæ cæ-
teri Iurisconsulti omnes subscripterunt. Ibi tum
Andreas, cum videret sibi aquam hærere, seq;
omnibus armis extortis cōstrictum teneri: ad
veterem illum suū & səpius coctum cocysmū
vltimumq; Cresphygeton cōfugit, tragicè ex-
clamando, longe alia ratio est, in hoc testamen-
to: videlicet supernaturalis, ineffabilis, & pla-
ne diutina. Scilicet Andreæ supernaturalis illa
petitio principij multo pluris est facienda quā
ceterorum hominum grauiissima verissimāq;
iudicia, & longo vsu comprobata.

Ceterum hoc quoq; loco, optime Lector se
se ostendit Andreæ arrogantia & levitas. Nam
quid attinebat quę so prouocare ad Iurisconsul-
tos, quid opus erat eorū sententiam experire, si
ei reclamare sine ratione liceret? Scilicet hic
Andreas sibi persuaserat, se omniū rationem,
in sui

In sui obsequium captiuam duxisse, atq; sua sim
plici fide omnium mentes ita obitum fecisse, vt
etiam contra omnem veritatem, contra rerum
naturam, contra omniū sapientiū iudicia, con-
tra boni viri officium et conscientiā in gratiam
Vbiquitatis Jacob Andricæ Iuris civilis scien-
tiam adulterarent & corrumperent. Vel etiam
si hoc pro sua modestia sperare non fuit ausus,
voluit certè non solum Marci Beumleri inepti-
as, sed etiam doctissimorum Iurisconsultorum
omnibus planas facere, vt scilicet solus Andre-
as Vbiquitatis beneficio sapiēs haberetur. Nec
solum voluit de Marco Beumlero triumphum
agere, sed etiam de Iurisconsultis trophaeum
erigere: ve scilicet huic trūpho eo maior digni-
tas & authoritas cōciliaretur. Et hoc est tertium
& ultimum Jacob Andricæ victoriarē testimoniū.

Exposui hactenus bona siue qua potui
breuitate & perspicuitate, praecipua capita,
qua in disputatione Tubingensi, quam vera-
rum narrationum libro suo postremo infaci e-
placuit Andreæ, acciderunt. Me autem nihil à
vero alienum scripsisse norunt omnes, qui ei
disputationi interfuerunt, ad quorum consci-
entias prouocare minimè dubuo. Sed omni-
um opumè nouit Deus καρδιογνῶσην, cor-
diū & rerum scrutator, omnis mendacij &
& si audis seuerissimus Iesu, imusque vnde ex:
quem gaudeo aliquando in te & Andricam
ad dicem fessurum esse. Te autem Andrea hor-

M. BEVMLERI

tor, ut si me ita argumenta, quæ hoc loco breueriter reperiū nō proposuisse, aut te aliter quam ego commemorarim satisfecisse scias, id fieri minoribus argumentis, quāra sunt ista quatuor, quæ hoc loco attigisti, commonstres.

Q V I N T A C A L V M N I A.

P Rimo ais me ita confusum fuisse, ut nihil amplius aduersus tuas hypotheses afferre potuerim.

Mirarer hoc loco, Andrea, te ista scribere: nisi iam dudum multis modis toti mundo probasses, te nullius rei vñquam puduisse: vnde, siue Gregorius de Valentia siue alias Papista verissime scripsisse videtur: inter dona quibus Andreas se ornatum esse videri vult, haud minimum esse hoc, quod in toto sua vita, etiam in manifestissima fraude deprehensus, nunquam erubuerit. Idem vero etiam hoc loco luce meridiana clarius sese ostendere, ex ijs quæ subiungam facile cognoscetur.

Scribis ipse me integrum diem, omnibus antea & post meridiem horis à te auditum fuisse. Quomodo igitur exacto die, cum finis disputationi necessario imponendus esset, aut unde colligis me nihil amplius aduersus tuas hypotheses afferre potuisse: cum reipso teste, non inopia argumentorum meorum, aut veritas tuarum hypotheseson, sed diei hora finem disputationi attulerit: nisi fortassis volueris tuas conciones in mulham quoque noctem producere:

cere: quod tamen te cogitare nemo suspicabatur Nunc, puto, animaduertis te hoc loco præsumia iracundia, nimiaq; victoriæ cupiditate lapsum esse Paralogismo à non causa ut causa, quando non ego, sed dies disputationem diremit.

Si cui hoc ad fidem Jacob Andricam cognoscendam non sufficit, hoc quoq; paucis accipiat. Cum ergo primo die disputare cessatum esset, Jacobus Andreas mihi copiam potestatemq; fecit, sequenti quoq; die, si quid desiderarem, interrogandi. Quapropter cum de forma Dei & forma serui, ex loco Pauli ad Philip pens. 2. cap. cuidam responderet, & formam Dei, formamq; serui de accidentalibus, quas ipse confinxit, formis interpretaretur, hoc argumentum proposui.

Qui fuit in forma Dei, & æqualis Deo, iste se exinanivit & formam serui accepit.

Atqui filius Dei in forma Dei fuit, & est æqualis Deo.

Ergo filius Dei seipsum exinanivit & formam serui, id est humanitatem accepit: quod docente Chrysostomus: Augustinus sermone secundo de Natali Domini: Theodoretus Dialog. 1. B. filius lib. 1. contra Eunomium.

Sed assumptum meū, in quo cardo disputationis vertebatur, tam firmis argumentis demonstrabam, quæ Andreas in æternum rumpantur ut illa Ubiquitati, infirmare non posse

M. BEVMLERI

rit. 1. A connexis: quia Paulo hoc loco propositum est ostendere, quis fuerit Iesus Christus ante incarnationis mysterium. 2. A testimonio Cyrilli thesauri 10. Cap. 2. Vbi dicunt Christum in forma Dei fuisse ab aeterno; 3. A Notatione vocabuli *μορφής*, quod idem significat quod essentia Dei seu Deitas. 4. A testimonio Basiliij Magni lib. 4. contra Eunomiū Cap. 1. In forma Dei esse, est in essentia Dei esse. Non enim aliud forma, aliud essentia Dei, ne sit compositus. 5. A testimonio Damasceni, qui libro 4. Orthodoxæ fidei scribit, in forma Dei esse prædicari de Christo ante incarnationem, & Significare τὸ ὅμοιόν τοι πάτερνον οὐτέ τοι οὐτέ τοι εἶ, est consubstantialitatem cum patre. 6. A testimonio Am'broſij, qui libro 6. Epistola 41. scribit: Aduersus Photinum hæc nobis sententia est: aduersus autem Apollinarem legitima circumspectio, ut confitemur sicut in Dei formâ, nihil ei defuit diuine naturæ & plenitudinis: sic in illa forma hominis quo imperfetus homo indicaretur. 7. A vi vocabuli et qualis Deo: quod Cyrillus hoc modo interpretatur: quod modo ergo alienæ substantiæ est, cui et qualis est? Nam quæ naturaliter et qualia sunt, eiusdem penitus substantiæ sunt.

Ad hoc argumentum cum Andreas ne quidem responderet, quidam Nestorianum esse, quicunque sentiat Deitatem sese exinanisse &

misce & formam serui accepisse: ego verò rationem tanti criminis reposcerem: tandem quod norunt omnes , mihi satis fecit, meque nihil amplius aduersus suas theses afferre posse. bella & astuta διπλωματία demonstrauit: Ita sum , inquit, defatigatus (nam assueuisse labori tam videbatur , quam nuper in disputatione Heydelbergensi magnis lacertis discipulus eius qui publicè & grauiter, quum ei oralis manducatio defendenda esset, conquerebanur se publica concione ita defatigatum esse , ut vix spirare possit) ut non possim tibi respondere amplius : tu verò si veritatis studium tibi curæ est , veni hisce diebus ad me & priuatim conferemus de vera loci Pauli sententia. Ex his candide Lector liberè iudica virum Marcus Beumlerus ad oppugnationem Thesum nihil amplius afferre , virum vero Andreas planè si conuicta excipias , nihil respondere domino potuerit. Et hoc est primum fundamentum quo nitiuit victoria Iacob Andrica.

Alterum Argumentum, quo triumphus Iacob Andricus sanctitur , deductum est ex mea. Quam confinxit Andreas confessione. Nam ait in confusione, me publicè dixisse: Quod omnia sim perscripturus ad Tigurinos. Et in Admonitione , quo est ingenio feraci , addit: me professum esse publicè, quod minime sentiā cū Tigurinis: si tam prophana doctrina

M. BEVMLERI

proficentur que in Thessibus Jacob Andricis
& disputatione publica damnata fuerit. Vici
sti profecto Andrea & magnificè vicisti: ac
propterea triumphum à tuis tibi decernendū
claustrum & Bibenhusianum dono dandum
censeo. Fateor & ingenue fateor me vitrumq
dixisse: & ut tibi plus largiar, en adhuc eodem
sum animo, quo cum fui, cum tibi ita dicerem.
Nam primo tuas responsones triumphantes,
quas ad obiecta mea argumenta dedisti non
solum ad Tigurinos scribendas, sed ioni mun-
do hoc publico scripto patefaciendas censeo:
ut omnes intelligent, quibus artibus, tuam V/
biuitatem propugnes, & quam audacter de-
rebus vanis & falsis gloriari soleas.

Deinde vero non inficior, sed coram Deo
& toto mundo fateor, me non solum à Tiguri-
nis sed etiam ab omnibus Helvetiis, Gallicis,
Anglicis, Germanicis ecclesijs, quas toto pe-
ctore veneror, dissentire, si ea doceant, quæ tu
nugas gerræ & fabricæ, ipsis affingis brutishy
anathematismis ferire consueisti. Ab Arrâ
namq impierate, à Nestori delirio & alijs bia-
sphemijs, quas tu nostris nunquam non falsè
affingis, tam longè absurum abhorreoq: quam
longè te à veritatis tramite deflectere & vere
cundix fines transire video: quonies istas ca-
lumnias aduersus nostros enomis: Multum ve-
ro falleris Andrea, si existimas me, eti ab ijs
tamdudum explosis, quoudieq explodendis
hæresibus

heresisibus toto animo dissentiam, statim tuam
Vbiq[ue]ntatem, qua[rum] orthodoxos in Eutychianis
nos commutat, aut reali idem maius commu-
nicationem, qua[rum] Arius furoribus arma sub mi-
nistrat, qua[rum] Nestorium, Marcionem, Monos-
theitam, Monophysitas, Theopaschitas, ab Or-
co reuocat: aut conuictantiauonem, qua[rum] ele-
uationem Papisticam & adorationem sacra-
menti idolatriacam confirmat, probatum est
estie Scio enim Le gratia ita fugiendum esse,
ne prater casam Scio etiam sententia sapien-
tum imprudentum esse eum, qui καὶ ποτε φίλ-
ῶν, εἰς τὸν Λαζαριανὸν, sumū fugiens in
ignem se coniicit.

Ceterum hoc ipso loco tenui similem esse,
operæ pretium me facturum arbitror, si pio
Lectori ostendero. Nam hoc quidem loco, ne
scio quo casu vero falsum misces: scilicet exis-
tias, omne tulisse punctum, non qui utile
dulci, sed qui vero falso miscuit. Falso igno-
rur est, quod memoria lapsus per fallaciā com-
positionis ea coniungis & confundis, qua[rum] me
titio disiungenda & distinguenda erant. Nam
neminem Tubingensem, qui disputationi in-
terfuerunt, ex me audiuisse sat scio, quod non
sentiam cum Tiguriniz, si vera sint crimina,
quorum tu eos insimulas. Itaq[ue] omnes, quo-
tum mentiri turpe ducunt, mirabuntur, te-
tam temere in publicas literas referre, quico
quid in buccam venerit, & vinosa iracundia

M. BEVMLERI

dicit auctor, præsertim cum ea tot auritis & oculatis testibus refutari possint. Neque vero dubium mihi est, quin multorum conscientijs, quibus tu terroris es impudentissimi mendacij arguari. Mirum autem est Andrea te dum Tubingæ vixi & cum crebri tui de me apud multos sermones essent, tamen huiusce rei nullam apud quenquam mentionem fecisti. Hoc vero tu nosti, & tua tibi conscientia suggerit, & multi boni adolescentes meminerunt, te se pè ihs, & mihi ipsi coram dixisse: me à te inie grum diem in publica disputatione auditum, mea argumenta discussa: Marcum Beumlerum esse desperatum hereticum, utpote qui veritati nullum locum relinquat. Victorie autem nullam fecisti mentionem.

Cæterum quod tu publice me dixisse finis, id priuatum in tuis ædibus Anno 1582 die 7. Septemb. Tigurum me abiturum dixisse, præsente honestissimo & doctissimo adolescenti Joanne Caspero Murero Tigurino, qui nunc manere Ecclesiastico apud nos fungitur, tu ipse recordari poteris, si prius Bébenhusianam crapulam edormiuenteris. Neque autem nobis tum sermo erat de tuis Thesibus, quas paucis ante septimanas disputaueras, sed de schedulis quibusdam, quas aduersus orthodoxum consensum, non certe, quod recte memini & etiam bonis aliquibus viris dixi, sine mendis Grammaticis C nondum enim vt

Nisi ut arbitror alijs corrigendas dederas,)
conscripteras mihi que legeras. Nam earum
summa haec erat, Orthodoxum consensum,
atque adeo omnes, quos contra præceptum
Pauli Zwinglianos & Caluinianos nomina-
re gaudes, nullam omnino præsentiam in fa-
cra Cœna corporis sanguinis Christi statue-
re. Cum vero ego locis tam ex Orthodoxo con-
sensu, quam alijs nostrorum scriptis citatis, id
falsum esse, nobisq; insignem iniuriam fieri,
probarem, tu ut soles vociferabaris, Nullam
omnino statuunt, & si aliquam statuunt præ-
sentiam, Deus me puniat. Hac tua importuni-
tate commotum memini me dixisse: Si ergo
tu probaueris nostrós nullam omnino sta-
tuere, in vsu Sacrae Cœnae corporis Christi
præsentiam, profecto non sentiam cum il-
lis, neque haec terus sensi. His itaque per-
etis Andreas me demitit: sed paulo post, un-
dique apud amicos, de me & conuicto & in
suam sententiam periracto, miserabilis homo
gemitatur, q; insuffrando, Marcus Bermili-
rus est noster. Nam aperié & rounde dixit,
se non sentire cum Orthodoxo consensu &
suis Tigurinis. Ita quod ego non nisi hypo-
thetico& cum conditione dixeram, id An-
dreas, Argua calumnia, & sine omni religio-
ne. Categorice & simpliciter a me dictum
mutis reulit, & quidē peierando affirmauit.
Quapropter nonnulli quib. familiariter notus

M. BEVMLERI

eram & quibus mea sententia in hoc negotio
non clam erat : nouitate rei commoti fidem
Andreae habere non audebant : sed ad me adi-
bant , quid rei sit audire , quidue inter me &
Andream actum fuerit cognoscere ex me cu-
piebant . Cum vero ut res acta erat expone-
rem : animaduerti bonos illos viros libidine
Andreae quiduis singendi grauissime commo-
ueri . Sed ut omne mendacium continuo extin-
guitur : sic haec fabula Iacob Andrica simulac-
conficta fuit , euauit : nec vnuquam postea ab
authore repetita fuit . Fortassis amici , ut eius
honoristuderent & consularent , ne tam falsa
longius spargeret , monauerunt . Hoc vero in
Andrea laudo , quod hoc ipso loco , per impru-
dentiam veri aliquid falso miscens , ait , ista ver-
ba a me conditionaliter prolatata esse . Et haec
est altera ratio , qua fulcitur victoria Iacobis
Andrica .

Tertia ratio dicitur a simili exemplo , ac
his verbis explicatur pag . 4 . Admonitionis
Idem anno octuagesimo , Vittenbergae quo-
que factum , ubi in quartum diem Disputatio-
extracta est , & omnium professionum Docto-
res , Magistri , Studiosi , Pastores , & illi in pri-
mis prouocati sunt , qui Caluinistarum opinio-
nem amplexi erant . In qua viri egregie docti ,
cum viderent , opinionem doctrinæ Caluinis-
tarum , nullo solido veritatis fundamento ni-
ti , in amplissimo confessu , & studiosorum fre-
quenti

Quentia summa . quam Auditorium capere non poterat , sed ad fenestras astantes , auditores quām plurimi se præbebant , hactenus se in errore versatos , publicē fatebantur . Tribue re autem laudem veritati manifestatę , pro qua Deo & præsidi gratias egerunt .

Hactenus Jacobus Andreas καὶ ἵγιας ιενηγουντος & ego somno solutus sum : non secus ac Hercules apud Aristophanem , cum ei Bacchus imbellis , extermintus , & omnibus voluptatibus diffluens Deus , nauales suas pugnas & ingentes victorias magnifice , thrasōnicē , Græcaq̄ fide exponcret . Nam & Tubingx & Basileæ , & nuper admodum Heydelberge memini mihi , sāpē multa à multis dē ista disputatione narrari : Iacobi vero Andreæ industriam & victoriam præter Andream , ne mo vñquam narravit . Hoc scio multos , qui dī spitationi isti interfuerent , dicere , Andream adeo festiuum & lepidum caput fuisse , vt , ita ut grauem Theologum decet , auditorum strepitū & cachinnos effusos , quos Andreas movebat suauiter & liberaliter subsequutus fuerit : vt videlicet omnibus omnia fieret . Gemmam vero istius disputationis in pretio habent proculdubio omnes , & magna pecunia sibi redimendam putant . Andreæ similes : qua Sacrosanctum illud & modis omnibus admirandum , incarnationis filij Dei & inhabi-

M. BEVLERI

cationis plenitudinis Deitatis in Christo cum
farcimine contulisse, atq; scurriliter contami-
nasse à multis dicitur. Magni faciunt etiam a-
mici Andreæ comicam eius prudentiam: qua
antequam in arenam descendenter, & pugn
se committeret, doctissimos & clarissimos vi
ros partim carceribus includendos, partem in
triste exilium ejiciendos curauit. Scilicet faci-
le est vincere absentes & non repugnantes.
Sed de his iudicent alij: non meum est faleam
in alienam messem immittere. Et hæc est ter-
tia ratio, qua victoria Iacob Andrica stabili-
tur: quæ certè nihil aliud est, quam carcinoma
petiti principij: quo triumphandus Andreas
falsum falso probare conatur, atq; arundineo
baculo nititur.

Quarta ratio ducitur à causis instrumenta-
libus, quibus aduersus me pugnauit Andreas,
atq; tam splendidam victoriam obtinuit. Cau-
se autem illæ non sunt rationes & argumenta
e verbo Dei de prompta: sed columnæ obtes-
stationes, quibus viros doctos petiuit, meb
per latera eorum confodere tentauit. Atq; hæc
ita esse testis est ipse Andreas, qui pag. 3 sua
admonitionis in hunc modum scribit: In pri-
mis vero optimi quique cum ex professoribus
sum studiosis quoque, in stuporem conuersi
sunt, cum illi, Patriarchæ erroris huius Zuuin
glii subsidium obijcerem, & ex hoc ipsius libel
lo Tiguri in quarta forma impresso, verba re-
citarem

ēitarem, in quibus Zwinglius fatetur, se interpretationē (in suis scriptis cōprehensam) verborū Testamēti Christi, in somnio à spiritu dicens, qui ater an albus fuerit, nō mēminerit: Deo autem gratias agere pro reuelatione facta.

Vides pie Lector, quomodo Andreas iusto Dēi iudicio & iracundia abreptus, instar sortitis sylvestris suo se prodat iudicio: atq[ue] aperte dicat, se nō tam argumentis nostrā doctrinam refutasse, quam cōuictijs & criminacionibus iniuisam suspeſtamq[ue] reddere tentasse. De somno Zwinglii, quod maligne, ut cetera omnia interpretatur Andreas, Cap. 3. disseritur.

Ego autem in ista disputatione, qua Andreas multo plus temporis in criminacionibus & maledictis, quam in graui & seria argumentorum explicatione cōsumpsit, id quod norunt omnes, qui omnino nihil norunt, & quod scit Andreas, sibi obiectum esse à me publice: primo ingemiscens hucum recognoul illud Psalmi 120. Quid dabit tibi & quid addet tibi lingua tua fraudulenta? Est veluti sagittæ robusti hominis acutæ, & vt carbones inniperorūt.

Cum vero viderem, eundem nunc locum aliquem ex Do. Zwinglii, nūc ex D. Danæi, nutic ex D. Bezae libris trancatim, calumniose & inuidiosè citare, manifeste corrumpere, audacter in alienū sensum detorquere, tragicè exagitare: venit milii in frenū quod Plurarchus

M. BE VMLERI

Εἰ πολυπεργμόνων καὶ ἀδοξάχων, de
negotiosis & garrulis, eleganter grauiterī
scribit, & huius Andreæ mores, ad vniū ex-
pressit. Age, inquit Plutarchus, si quis veter-
um libros inuadens, ex iis pessima quæcūq; ex-
cerpat, atq; librum habeat compositum, vñlū
ex Homericis versibus, qui ἀκέφαλοι dicun-
tur, aut ex tragicis solētissimis, an non dignus
esset, tragica ista imprecationē?

Ὥλοιο θύνται ἐπλέγων τὰς συμφοράς
Malè pereas mortalium excerpens mala.
Quin & absq; tragica imprecationē, inquit, is-
dem Plutarchus ἀπρεπής, καὶ ἀρωφελῆς ὁ
Ἐποστολοῦ ἀπόστολος ἀλλοτείων ὀμαρ-
τιμάτων, indigna & planē inutilis collectio
asseruatioq; alienorum peccatorum. Quod si
Plutarchus Eihnicus tantoperē detestatur eos
qui aliorum peccata & lapsus studiosē obser-
uant, ijsq; obiectant: quid quæso tibi Andrea
Plutarchum, si reuiuisceret, tibi dicturum ar-
bitraris, si videret te Theologum Christianū,
vt præ te fers, tot contraq; falsa crimina in op-
timos viros comminisci, ijsq; tuam linguam,
& erudele ingenium oblectare?

Et nuper admodum cum Tubingæ de dicto
Ioannis 6. Care non prodest, &c. disputares:
multorum literis & sermonibus ad nos per-
fertur, te pro solutione argumentorum, nunc
D. Gryntum orbis nebulonem Ein Land-
schöllinen

A P O L O G I A .

51

scholam appellasse: nunc doctissimum & di-
 sertissimum virum D. Stephanum Isaacum,
 quod patre ludeo natus sit, scurriliter tradu-
 xisse. Ad priorem illum quod attinet Andrea,
 hoc tibi certo persuadeas velim, eius tantam
 esse apud plerosy Germaniae nobiles gratiam
 ut eum exagirando & conuitijs insectando, te
 in eorum odium coniicias. Nam eius mode-
 stia, pietas, studiosam iuuentutem erudiendi
 studium & diligentia à pluribus laudatur &
 amatur, quam tu forassis suspicaris, aut etiam
 vis. Quare tuæ calumnia & conuitia non plus
 eius famæ & existimationi, quam virtute &
 pietate sibi peperit, non plus nocere poterunt,
 quam Semeli conuicia Davidi: & nugæ Ther-
 sitis apud Homerum Vlyssi & Achilli nocue-
 runt. Firmum enim manet illud Ciceronis:
 Ut ignis in aquam coniectas continuò restin-
 gitur & refrigeratur: sic referens falsum cri-
 men in purissimam & castissimam vitam col-
 latum statim concidit & extinguitur.

Ad alterum vero quod attinet, bona con-
 scientia affirmare possum, ardentius studium
 & graniorem zelum, verbum Dei promouen-
 di in eo elucere quam in Andrea. Id quod An-
 dreas suo ipsius preconio & testimonio com-
 probauit: quippe cum nihil ipse obiecere po-
 tuerit, quam quod ex Iudeis ortum suum du-
 cat. Bene etiam haber, quod in eadem disputa-
 tione ecclesiæ Heydelbergensi Ubiquitatis

G 3

M. BEVMLERI

*Lorando
Stephani
Hans Col
una vero
ob Euangeliu*

fermento repurgatae, nihil aliud exprobrare potuit, quam quod inter ceteros etiam doctorem habeat: qui non tantum secundum spiritum, sed etiam secundum carnem sit ex semine Abraham. Quasi vero Christus Ecclesiarum pastorum princeps & Angelus magni consilii non sit ex Iudeis secundum carnem, Rom 8 Cap. quasi Prophetæ & Apostoli omnes Iudei, si originem eorum spectes, non fuerint: quasi vero potior sit Ethnicorum, ex quibus in quoque satus & productus es, quam credentium Iudeorum conditio & dignitas. Oblitus nimis es, alijs rebus ab his diuersis intentus: Deum oū ειραι περσωποληπτιν, id est, non accipere personas: sed ex omni gente acceptum ei esse quemuis, qui eum timeat, & opereatur iustitiam: Actorum 10. Fortassis etiam id ex animo tuo effluxit: Non esse distinctionem vel Iudei, vel Graci: sed eundem Dominum omnium esse divitem in omnes a quibus innocatur. Et certe hic vir non minori cum fructu & dignitate Euangeliū Christi, quam tu Andrea docere poterit, si in eo ardore, pietate & studio, quod hactenus omnibus quibus cum vixit abunde probauit, perrexerit: de quo nemo nostrum est, qui vel tantillum dubitet. Nam primo, propter Euangeliū confessionem & professionem amplissimos suos redditus libens deseruit, ac Christi pauper factus est: ut vero Euangeliū causa tantum abest, ut iacturam aut

ram aut dāmmum aliquid tuorum bono-
rum feceris, vt potius ex eo rem tuam fe-
ceris, magnamque auri & argenti vim corra-
seris, quo iure qua iniuria iudicāt īj, quos tu ē
sedibus suis exturbasti, meum verō non est
pronunciare. Deinde ab illustribus hominibus
pluribus pietatis & temperantiae testimonijs
orūnatur, quām Iacobus Andreas: qui tamen
omnibus se præferre solet. Denique non mi-
nora eloquentiae, cognitionis, linguarum &
bonarum literarum Deus in hunc Iudæum
contralit, quam in Iacobum Andream terræ
filiū. Et hæc est quarta ratio, qua vi-
ctoria IacobAndrica sancitur. Iam reliquum
erat vt etiā famoso libello seu pasquillo, ar-
gumento yidelicet inartificiali, suas ratio-
nes comprobaret: quod nuper in sua confusa
Confutatione aduersus Doctorem Gryna-
um grauissime & maxima lūi cum laude fe-
cit. Sed fortassis Andream nunc istarum
ineptiarum satieras cœpit & pudere incipit,
quippe cum intelligat eas indicia esse animi
parum sani.

C A L V M N I A S E X T A .

de Confutatio-
nem Andrii

P lacuit tibi quoque Andrea, vt iracundiae
tua satisfaceres, tuā istam fictitiā victoriā
tribus prosyllogismis amplificare. Nam pro

M. BEUMLERI

tuo acumine facile existimare potes, eam ita
debilern & ruinosam esse, ut ad eam stabilien-
dam vndiquaque præsidia sint comparanda.
Prior igitur Prosylogismus tuus, in Confu-
tatione tua pagina 366. his verbis concipitur:
Qui (Beumlerus) instar hederæ assurgere ut
posset, sub ipsius ementito nomine passus est
breue scriptum, aduersus meam, de vera Do-
mini nostri Iesu Christi inuocatione in Aca-
demia Tübingeri habitam disputationem in
lucem edi.

Hederæ mentionem cum faceres, bonis vi-
ris in memoriam reuocasti tritum illud sermo-
ne proverbiū ἀκιασθὲντος καὶ αἰνισθέντος, id est
hedera post antisteria. Cui consentic illud, με-
τὰ τὸν πόλεμον ἤχειν post bellum venire. Tu
enim, dum tui discipuli Heydelberge in aciem
prodirent, vehementer laborarent, tuοις auxi-
lio non parum indigerent, temporis nimis
angustia & locorum interuallo præpeditus,
nisi quam comparaisti: nec abest suspicio te in-
terea temporis, ut Ecclesia tibi magnæ curæ
est, καὶ Τοφόρος id est, hederæ gestatorem in
cellula Bibenhuisiana egisse. Nam satius esse
tibi videbatur & tutius, id quod hactenus o-
mnibus probasti, cum absentibus eminus,
quād cum præsentibus comminus pugnare.

Ego autem Andrea, cuius rei mihi Deus
testis est καρδιογράψης, non certè, ut à mul-
tis factum

tis factum esse multi queruntur, malis artibus,
non sursum atq; deorsum cursitando, vel assur-
gere vel eleuari cupio. Virtute vero, pietate,
modestia, temperantia, studio, diligentia, exer-
citijs Deo meo seruire, bonis viris placere, ma-
lis displicere, eorumq; conatibus quantum
Dominus dederit resistere, certum apud me
decretumq; est. Toto vero cœlo erras Andrea
si me ingenio tuo iudicans, mihi in studijs nihil
aliud propositum arbitraris, quam ut prepo-
sitaram, Cancellariatum, Abbatiam, Prælatu-
ram, & si quæ sunt alia vestræ maiestatis insi-
gnia, consequar. Habeant sibi Vbiquitarij suas
Præposituras, sibi Cancellarius, sibi Abba-
tias, sibi Prælaturas, sibi alios inanes huius
mundi titulos, sibi pagos & villas, sibi arces
& castella : nobis vero relinquant veritatis
gloriæq; Dei defensionem & propagationem
quoniam sine illis vita beata esse potest, sine
his vero non potest. Atque idcirco Deo meo
gratias, quas potest animus meus capere ma-
ximas, ago & perpetuo habebo, quod eius be-
neficio mihi contigit, cum D. Doctore Gry-
næo, in quo humilitatis, modestiae, contem-
ptus huius mundi ciuisq; gloriæ, veritatem
promouendi, studiosam iuuentutem fideliter
erudiendi multò plura & luculentiora speci-
mina, quam in omnibus noui istius ordinis ho-
minibus eluceni, amantissime & coniunctissi-
me vivere. Iacobi vero Andreæ inqua de me

M. BEVMLERI

præjudicia, atroces calumnias, truculentos
sarcasmos in nomine Domini aspernabor: ces-
to persuasus eos mihi apud omnes bonos lau-
dem & benevolentiam conciliaturos esse. Nū
is quidem est qui maledicit, præterea nocere
non potest: Dominus autem est, qui benedicit,
& benefacere potest.

Cæterum falso sperauit Andreas se mihi æ-
gre facturum esse: si alij persuadeat me non
esse authorem ἀναλύσεως disputationis eius.
Scio namq[ue] omnia ea quæ cogitamus, medita-
mur, instituimus & agimus, non ad nostrum
honorem & commodum, sed ad Dei gloriam
eiu[m] ultimum & vnicum finem referenda esse.
Facile patior me non solum omni laude, quam
suspiciatur est ad me reddituram esse, è confe-
tione istius scripti, si modo meum esse crede-
retur, spoliari: sed insuper etiam ignominia
notari, malis malorum hominum sarcasmis
vexari: dummodo veritas serra tecta à piacu-
lis Ubiquitatis Iacob Andricis conseruetur,
gloria Dei illustretur, afflictis conscientijs
consulatur.

Ne tamen boni viri sinistram de me opinio-
nem ex Andreæ calumnijs imbibant, meq[ue] iu-
uenili impetu, aut cæco zelo, aut temeritate a-
liquid hac in parte suscepisse suspicentur: sed
intelligant me ista ἀναλύση conscribendo, do-
ctissimorū grauissimorūq[ue] virorū confilia &
iudicia sequutum esse: subiçiam duas breves
epistolas

Epistolas, quarum altera à reuerendo viro D.
Rodolpho Guualthero ante libri cōfectionē,
altera vero post eius confectionem à D Gui-
lielmo Stuccio ad me Basileam misa fuit.

RODOLPHVS GUVALTHERVS

Marco Beumlero Tigurino, filio suo
dilecto. S.

S. Ad ternas tuas literas mi Beumlere, non
respondi hactenus, non quod te minus
mem, aut illas responso indignas existimem.
Ferreus enim & inhumanus nimis essem, ni-
si te mei amantissimum & obseruantissimum
redamarem: sed quod Deo placet meam vale-
tudinem subinde doloribus capitis continuis
fatigare: & sanè illis ita nunc quoque vexor,
vt vix istis sufficiam. Non possum tamen
neque debeo diutius differre responsum ad po-
stremas tuas de Cancellarij Tübingeris di-
sputatione, De Adoratione carnis Domini no-
stri Iesu Christi. Etsi enim homo infelix, qui
perturpis omnibus pietatis & modestiae can-
cellis, mereretur ut nulla eius ratio habe-
retur: tamen necesse est, ut aliquis ag-
ger opponatur homini, quem propria con-
scientia, & Principis sui fiducia, adeo in-
ebriat, ut neque rationis neque podo-
ris alicuius meminerit. Non possum igitur
non probare suum consilium & institutum,

M. BEVMLERI

qui eius hominis sophismata refutare decre-
uisti. Hoc vnum moneo, vt omnia modestè a-
gas, & primo quoque tempore conficias. Quo
ad Froschouuerum nostrum spero me ab eo fa-
cile imperaturum, vt suam operam nobis non
deneget: & si qua alia in re mea opera tibi
commodo esse poterit, faxo intelligas, quanti
te faciam. Salutabis doctissimum & optimū
fratrem Doctorem Grynæum, quem ex corde
diligo: & tu mi Beumlere cum illo & reliquis
amicis vale in Christo seruatore nostro, qui
tuum propositum iuuet. Tiguri 16. Januarij.
Anno nati Christi 1584.

Tuus ex animo Rodolphus
Guualtherius.

IOANNES GUILIELMVS
Stuccius Marco Beumlero discipulo cha-
risimo S.

S Analysim tuam charissime discipule Di-
sputationis Iacobi Andreæ, quam diu de-
siderau, magna cum voluptate legi. Est enim
mea sententia elegans, acuta, & in summa bre-
uitate perspicua. Non dubium est, quin si do-
ctor ille aliquid rescribat, eodem modo te tra-
ctet & excipiat, quo D. Bullingerum, D. Be-
tzam, D. Sturmium, D. Danæum hactenus ex-
cepit. Ut videlicet rationibus destitutus ex-
tis pugnet, ne omnibus armis exutus videa-
tur. Tu

tur. Tu verò istis posthabitis perge in pio tuo
studio, malorum odium aspernare : bonorum
verò benevolentiam tibi conciliare stude. Da-
te Tiguri Calendis Mar:is. Anno 1584.

Tuus totus Ioannes Guilielmus

Stuccius

Hæc ut dixi, pie Lector, non ideo huc interse-
rere libuit, ut Andreæ & Andrenis probare,
me authorem esse istius scripti, quod aduer-
sus eius disputationem extat, firmumq; & im-
motum stat: sed ut viderent omnes pñ, me ni-
hil temerè & absq; consilio & consensu meo-
rum præceptorum in scriptio illo edendo fe-
cisse. Nam, ita me Deus bene amet, Andreas
mihi non maiorem stomachum fecit, cum ne-
gauit me authorem esse illius scripti: quam si
negasset me interfuisse ei colloquio, quo Sel-
neccero suo persuasit vaccam esse, cui nomen
sit Bartholomæo: aut etiam isti conuiuio, quo
ingenti generosi vini poculo exhausto Calui-
nianorum doctrinam falsam esse probauit: aut
eiam eius prælectioni Lipsensi, qua duos il-
lustrissimos principes è plaustro fœni Diale-
ticam ridiculè docere voluit.

Sed audiamus rationem, quam Doctor
sue affirmationi subiungit, mēt̄ authorem il-
lius scripti non esse probat: Omnes aīs, te pro-
stulto & inepto habuerunt. Ergo non es au-
thor illius scripti, quod aduerius meam Di-
sputationem tuo nomine exiuit.

M. BEVMLERI

Ad antecedens respondeo per concessionem.
Fateor & concedo tibi omnes quotquot te Tu
binge amplexantur, in manibus habent, fouet,
osculantur suamq; voluntatē ad tuam maiesta-
tem aggregant, me pro stulto habuisse : sed nul-
lam aliam ob causam, quām quod tibi citra o-
mnem dissimulationem & simulationem, can-
didē & rotundē, posthabito metu infamiae &
incommodorum veritatē dixi: quod alioquin
veteri proverbio etiam simplices homines &
stulti facere dicuntur. En Andrea habes confi-
tērem reū. Sed quid vis amplius? hoc quoq; nī
si me animus fallit, tuos videlicet me ideo pro
stulto homine habuisse, quod cum tor in ista A-
cademia, haud equidem obscuri nominis viri,
& qui tam te quām me doctrina superare di-
cuntur, ita sibi temperare suosq; affectus coer-
cere possint : ut quid sibi in te displiceat, &
quid se maximē offendat (offendunt autē plus
rima) non aperiant, sed metu tuarum calum-
niarum, infamiae, exiliij, dissimulent: ego solus
& adolescens, & peregrinus & Helvetius tibi
tuq; Vbi querati maximē inuisus, tam egregio
heroi et inuicto Marti, me opposuerim, & qua-
si cum Deo ἐπίχθονι bellare in animum in-
duxerim. Et certè hanc eorum de me opinione
nunc plurimum confirmabis, cū intelligenter
me iam ab ore tuo peti falsis criminibus, obtui
& infinitis conuijs exagitari : quod ipsi suo
silentio & obsequio vitare posseunt. En An-
drea

area adhuc habes confitentem teum.

Verum age: habes ne amplius quod pro tua liberalitate in me conferas: pro inepcio quoque inquis te habuerunt. Profecto tam tia quam ipsi rectissimè de me iudicastis, & rem, quod dicitur, acu tetigistis: quo nomine & verstratum voluntatum sententiarumq; summam consensionem, & dexteritatem de ingenij*av. Smidtina* iudicandi vobis gratulor. Nam quia Helvetius sum didici à meis maioribus & præceptoribus non animo abiecto & seruili, sed erecto & libero esse: meq; non seruituti & obsequio Jacob Andrico, sed libertati natum esse. Atq; idcirco fateor, me præter ingenij mei naturam, præter voluntatem, præter patriæ meæ libertatem, me à te, fateor, māq; dogmata, qui plumbæ redificationis Lesbia regula estis, nunquam seruiliter aptare, hoc est accommodare potui; nec etiam num hodie possum. Nam primò si te considero metu ad te conformare studeo: video te interdum summam summi Theologi grauitatem: interdum vero quod pace tua dixerim, nec leuia, nec obscura, summae leuiratis documenta dare: ita ut quidam ex tuis amicis eam excusare volens crebris sermonibus id usurpet: Fateri cogimur & res ipsa loquitur, dignissimum nostrum Cancellarium, interdum in rebus arduis scurriliter, sed tamen non animo malo ludere. Et hoc est primum Lesbiæ regulæ documentum.

M. BEVMLERI

Dicitur
Gaud
Loni libri
Anq

Deinde vero luce meridiana clarius est,
te non solum tibi in Academia Tubingensi
multis inuitis principatum vendicare & insor-
lenter usurpare: sed etiam exterarum ecclesia-
rum & Rerum publ. αλλοτροπίσκοπον age-
re: Item præ te ferre, te omnes tuas curas &
consilia in solam Ecclesiæ salutem conferre:
interim tamen aulas Principum instar Melitei
catuli studiosè auidèq; sectari, cibum laudem
palatoq; tuo plurimum arridentem, cum gna-
thonibus è flamma petere posse: equos alere
pulchra optimaq; prædia animi causa obequi-
rare: in cœnobijs vino dulci, piscibus delicatis,
carne ferina affluentibus, nunc apricationibus
calefieri suauiter, nunc æstuante & spumante
Baccho refrigerare salubriter, Ecclesiæ cura
penitus abiecta. Et hoc est secundum Lesbia
regulæ documentum.

Præterea hoc idem etiam intimi tui, qui se
quotidie ad pedes tuos abiiciunt, suis elogis
& testimonij luculenter confirmarunt. Ante
nouem nempe annos quidam suis literis quas
Basilæam misit, te Græcis epithetis tibi appris
mē conuenientibus graphicè descripsit: te ap-
pellando παλυπεργυμονα, φιλοπεργυμονα
μεγαλοπεργυμονα. Neq; te oblitum arbitror
quendam è tuis, hominem nec indoctum, nec
obscurum tibi multo vino obruto, atq; idcirco
ut soles conuictia euomenii & de rebus magnis
glorianti

glorianti, & alios præ te contemnenti, per locum in memoriam reuocasie, manticam illā
 & παδηνην optimi & clarissimi viri Philippi Melanchtonis vocem, quam mitissimo
 alioquin pectori, tua intolerabilis & effusa iactantia, in conuentu Vormatiensi expressit:
*Echst Gott vñ dñser Schwab fein rugßen
 in Teutschland bekom/sunst wurde er groß
 jamer im Teutsch land anrichten / hoc est,
 Deus prohibeat, ne hic Sueus præsidium ali-
 quod consequatur: nam alioquin magnas tur-
 bas & calamitates in Germania daret. Hoc
 quomo do exitus probat & quotidie probet
 res ipsa loquitur: scholæ dissipatae testantur:
 multorum honorum viorum exilia & car-
 ceres clamant, & Principum animi distracti,
 & exacerbati, sauis superq; ostendunt.*

Et nuper admodum tuus hospes Bibenhu-
 sianus, te Lesbiam regulam esse, in conviuio
 haud obscure probasse dicitur: cum tibi multa
 de scholæ Tbingensis reformatione, de stu-
 diosis in ordinem redigendis, de nouis legi-
 bus condendis parturienti aperte diceret (nam
 aiunt eum te non usq; adeò suspicere) sibi è re
 scholarum & ecclesiarum fore videri: si post
 mortem tumidus venter tuus incidatur: quia
 animaduerrat te multis revotoriis, id est, re-
 rum innouationibus, quibus scilicet sine in-
 commodo posteritas carere non possit, gra-

M. BEV M L E R I

uidum esse. Hæc sunt quæ tui de te sentiunt,
quæ te plumbeam regulam esse docent.

Porro si tuam doctrinam, quam lucem mun-
di esse, quam normam fidei & religionis habe-
ri vis, animo meo lustro & pondero, ibi certe
meam infantiam, & ineptias libenter fateor
& agnoscō, modò ne cogar animum meum
ad illam Lesbiam regulam applicare. Quis e-
stum sanus tam aptus esse possit, qui animum
suum ad ista adapteret? **Corpus Christi** verè &
realiter est corpus finitum, circumscripsum, in
certo cœli loco existens: Et tamen unum i-
demq[ue] corpus uno eodemq[ue] momento, in in-
ferno, in terra, in arborum folijs, in cantharis
ceruisciarijs, in graminibus agri, in lude la-
queo, in omnibus locis obscenis, atq[ue] adeo
in ipso diabolo actu & realiter existit. Item,
Corpus Christi realiter, substantialiter, cor-
poraliter esse in, sub, cum pane, sed non localis-
ter, non circumscripsum, non visibiliter. Item,
& quipollere istas duas propositiones: Panis
est corpus Christi: & in pane, sub pane, cū pa-
ne est, siue latet corpus Christi inuisibiliter,
substantialiter, realiter, supernaturaliter, &
nescio quot modis aduerbialiter.

Vides ergo te tuorum de me iudicium Pa-
ralogismo à Dicto secundum quid, ad dictum
simpliciter, corrumpere & in alienum sensum
debet quere. Nam alioquin quæ professores
vestri de me meisq[ue] studijs iudicia fecerint: li-
teris

ap: uv 6 ms.
Liber de Novo

teris eorum testari possem: si non potius tuam
istam calumniam vel omnino aspernandam,
vel studio & diligentia diluendam iudi-
carem.

Si vero Andreas suam maiestatem exerens
iracundia & mucronem stringens, eo rem ad-
ducat, ut omnes professores Tübinger, ve-
lint nolint, eo modo de me iudicent, quo vult
Andreas: ego non magnopere laborabo, ne &
id moleste aut repugnantier feram. Interim ta-
men me contra tua iniqua præiudicia, calum-
nias, & conuictia cum eccllesia Dei consolabor.
Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, ludi-
brium & subsannationem his qui circum nos
sunt. Posuisti nos prouerbium inter gentes: a-
gitationem capitis inter populos. Quotidie
opprobrium meum coram me est: & opprobriū
vultus mei obriegit me. Propter exprobrantes
& conuictantes, propter aduersarios vindictæ
audios, totum hoc euenit nobis: & tamen non
obliti sumus tui, nec perfide egimus infedere
tuo: non deflexit fero cor nostrum: nec decli-
nauit gressus noster a semita tua.

Ceterum Andrea edico tibi oꝝ pꝝ nꝫ tete-
laꝝ pꝝ oꝝ e᷇dte, nisi tuis Marcum Beumle-
rum conuictis incessere, nisi eius famam atro-
dere cessaueris, Marcum Beumlerum ea in pu-
blicas literas relaturam, quæ vōs, nisi omnem
pudorem exueritis negare non poteritis: quo
cum tota Tübinga cōscia est & pertesa: quibus

M. BEVMLERI

vestrum ministerium non valde exornabitur.
Quare moneo te tuosq; , ut à maledicendi &
crimina confingendi libidine abstineatis : nisi
etiam ea audire velitis, quæ vobis omnem vo-
lupatem , quam maledicendo cœpistis, peni-
tus eripiant.

Cum vero intelligam quanti tuorum de-
me iudicium facias, & quam mihi illud præiu-
dicio esse velis: reponam tibi paucis non pro-
fessorum Tübingerium, qui omnes eruditio-
ne te excellere dicuntur, sed auditorum tuorū
qui te adorant iudicium. Nam cum ante bien-
num Epistolam Pauli ad Romanos publicē
in Academia interpretandam suscepisses , &
lectiōnes nec crebras,nec benē præmeditatas
aliquo habuisses, memini te iustitiam à Chri-
sto nobis partam iuistiæ, quam Aristoteles in
Ethicis descriptis opposuisse : ac tandem Ari-
stotelicam iustitiam, cum iustitia , quæ in lege
Moyfis describitur, contulisse, nihilq; ab ea di-
screpare & dissentire manifestissime dixisse.
Hoc tuo nouo paradoxo discipuli tui in stu-
porem conuersi , verba tua formalia exceperunt
atq; multis ostenderunt, eorumq; iudicium de
hac tua opinione expetuerūt. Nam videbant
si statuatur iustitiam Aristotelicam non aliam
esse quam Mosaicam, hoc absurdum sequi, vi-
delicet etiam Aristotelem Domino Christo,
testimonium perhibuisse : quippe cum Paulus
ad Romanos 3. Cap. scribat , iustitiam Dei
quam

quam adipiscimur per fidem Iesu Christi com
probatae testimonio Legis ac Prophetarum.
Itaq; hac tua $\alpha\mu\pi\sigma\lambda\gamma\alpha$ effecisti, vt non so-
lum pro docto viro à tuis non habereris, sed
etiam discipulis tuis fabula fieres, atq; à qui-
busdam doctis viris, ad quorum aures ista ve-
nerant, rudissimus asinus, absit inuidia dicto,
nominaris. Vides ergo Andrea tuos non mul-
to honestius de te, quam de me sentire, nec tibi
maiorem eruditionem, quam mihi tribuere.
Possem equidem plura in hanc sententiam in
medium afferre, sed haec huic loco & temporis
sufficere arbitror. Et hic primus est syllogismi
tui prosyllogismus.

S E P T I M A C A L V M N I A

ACcedo ad alterum. Ais in me non tantam
fuisse eruditionem, vt in disputatione
Heydelbergensi, opponentium doctorum ar-
gumenta assumere potuerim. Dicis Andrea
quod res est. Et certe fateor inter tot calum-
nias, quas ultimo verarum narrationum libro
cum aduersus multos præstantes & doctos
viros, tum aduersus me effudisti, nullam veri
similiorem esse. Nam vt D.D Gryntus, sicut
tu scribis, ad nullum argumentum respondit:
sic ego nullum argumentum in illa disputatio-
ne assumpsisse tibi libenter do & præ me fero.

M. BEVMLERI

At verò mi Andrea, noli nobis tantopere suc-
censere: sed attræ tuæ bilis partem aliquam in
tuos discipulos conuerte: id quod proculdu-
bio faciendum iudicabis, si vel ad punctum
temporis hominis modesti cogitationem te
suscipere melancholia tua patietur. Nam illi
crede mihi, interdum non argumenta, sed so-
phismata, interdum non sophismata verorum
scilicet argumentorum speciem imitantia: sed
nærias pueriles, & scopas dissolutas in me-
diū attulerunt, centiesq; ut videlicet ad ar-
çem causæ ascendere necesse non haberent, ma-
gno cum auditorum rædio inculcarunt. Nisi
fortassis tibi, tuæq; Dialecticæ ineffabili &
inuisitatem, quam non ita pridem Lipsiæ non ex
natura, non ex usu & rerum veritate, sed ex
plaistro sceni arefacti deduxisti, ea quoq; ar-
gumenta sint, quæ ad nullam figurarum haçte-
nus receptarum congruunt: quæ fœno & stipu-
lis dissipatis, similiora sunt, quam argumen-
tis aptè & concinnè formatis.

Sed quia tuorum discipolorum coccyymi
te tantopere oblectant, en pro meo erga te a-
more aliquos tibi in memoriam reuocabo: ut
ex ijs intelligat totus mundus, me nullum tuo
rum discipolorum argumentum assumpsisse.
Quomodo igitur tibi placer, illud Marbachij,
quo scriptum in verbis cœnæ vos accuratè re-
tinere, quasi è plaistro concionatus probare
volui;

Li recte

If recte dicuntur seruare τὸ πντὸν in veritate argumenta hęc
bis cœnat, qui eum sensum retinent, quē Christus dixit latrone
stus ipse expressit.

At nos Lutherani retinemus eum sensum,
quem Christus expressit.

Ergo nos Lutherani recte seruamus τὸ πντὸν

Has scopas Andrea, et si nunc assumpsi: ta-
men recte dices & veritati conuenienter, me
argumentum assumere non potuisse. Ratio in
promptu est, quia hic argumentum nullum est.
Nam in maiori propositione, ut ipse quoque vi-
des manifesta est, & tanto doctore indigna
contradictionis implicatio: qua sententia scri-
pti & ipsum scriptum, litera externa & sensus
internus confunditur & pro eodem accipitur.
In minore vero, quod etiam te non latere pu-
to, puerilis est Principij petitio. Quis enim vo-
bis concessit haec tenus quod hic tuus pro con-
fessio sumit verborū Christi, Panis est corpus
Christi, hunc verum & genuinum esse sensum,
in pane, sub pane, cum pane est corpus Christi.
Ergo in conclusione, vel te iudice, nihil sanum
nihil sacrum est.

Quomodo vero eiusdem, dignissime Do-
mine Cancellarie placet λεπτόλογην hoc?

Qui sectantur diávołay iij non retinent sensum.

At qui Zwingiani sectantur diávołay,

M. BEVMLERI

Igitur Zuinglinani non retinent sensum.
Has quoq; nærias et si nunc assumpsi recte, tam
men dices me non assumere potuisse reueren-
di Doctoris Marbachij argumentum. Ratio
prompta parataq; est, quia argumentum nul-
lum est, sed tantum ignorantia Grammatica,
cuius puerum vel septennem pudeat. Sensus
quandoquidem à diajoxiæ non differt aliter,
quam quia illud est vocabulum Latinum, hoc
vero Græcum. Et certè si vobis Vbiquitarijs
doctoribus hæc argumenta sunt, cur non co-
dem modo te solitarium non esse, et si mille an-
nos Bibenhufij delitueris, colligam?

Qui Eremita est, solitarius non est;

Atqui Andreas Eremita est,

Ergo Andreas solitarius non est.

Enegregiam Marbachianam Elenchi ignora-
tionem: qua duo vocabula, quæ vnum & idem
significant, vnius eiusdemq; notæ sunt, bis per
omnia pugnantia facit.

Sed pergamus D. Doctor, si placet, & videa-
mus quomodo tertium Marbachianum sophis-
ma tibi arrideat.

Qui non fuerunt sub nube, qui non fue-
runt in Mosem baptizati, qui non transferunt
mare, ij non manducarunt eandem escam &
eundem biberunt potum cum veteribus pa-
tribus,

Atqui nos non fuimus sub nube, &c.

Ergo nos non eandem escam cum veteri-
bus pa-

Excom p[ro]figm
finis foliorum

bus patribus manducauimus, nec eundem portum cum ipsis bibimus.

Etsi has ineptias, ignosce Andrea liberius loquenti, nunc quoque assumpsi: tamen recte negabis, me argumentum, assumere non potuisse. Nostri enim ut et regnū bōs σκηνῆς καὶ ἐτεροῦ πλάνης οὐ aliud scepterū, aliud plectrum: sic aliud esse verum argumentum, aliud sophisma puridum & ineptum. Nec quisquam vñquam nisi Sophista deploratus & omnibus modis impudens, aut rerum plane ineptus, omnīq; ratione destitutus, argumentum nominauit, quod ex puris negatiuis procedit.

Si istis superioribus nondum expleuisti, aut potius amisisti omnem voluptatē, condimentī loco adde & hoc mustaceum: non sapidum illud quidem, sed tamen tale ut Ubiquitatis parum esse facilē agnoscas.

Ii tantum candem escam manducarunt, qui sub nube fuerunt, qui in Mosem baptizati sunt, qui mare rubrum transierunt.

At patres sub nube fuerunt, in Mosem baptizati sunt, mare rubrum transierunt.

Ergo patres tantum eandem escam manducarunt.

Has gerras etsi nūc assumpsi: recte, tamē negat Andreas me argumeatum assumere non potuisse. Causa aperta est. Nam noluit illud

M. BEVMLERI

Martialis impugnare: Caluo turpius est nihil
comato. Nec contra eiusdem sententiam pro-
pugnare ausus est: caluus cum fueris eris co-
matus. Viciisset autem virumq; si id argumen-
tum nominasset, quod in secunda figura assi-
matiuè concludit.

Habes Marbachij coccysmos: nunc Zim-
mermanni resegmina impolita, & virgula
sylvestria tibi substernam, ut Marbachij frustis
esculentis oppletus, ijs suauiter indormire pos-
sus. Nam argumenta & syllogismos tam res-
dolent, quam sylvestria pruna fragrantia au-
rea poma.

Quare agite o proprios generatim discite cultus
Vos Logici: fructuq; ferros mollite colendo.

Primum igitur, quod felix faustumq; sit, re-
vereudo tuo capiti supponemus hanc trabem
Zimmermannicam, qua sustulitus, in vtran-
que aurem non minus suauiter dormies, quam
si ubiquitati Bacchicæ Bibenhusij litaueris.

Patres in suis scriptis dixerunt nos corpus
Christi ore manducare.

Ergo corpus Christi ore manducatur.

Hanc trabalem Zimmermanni clavum et,
si assumpsi, tamen Andreas verissime affirmat
me argumentum assumere non potuisse. Ra-
tio est: quia dicitur *marcas* bis per omnia dif-
ferunt. Peritio Principij manifesta, & argu-
mentum sanum: & quasi è diametro sibi oppo-
nuntur, ambiguitas terminatum, & constans
minimeq;

minimeq; fucatum argumentum. Illa autem
duo vitia ita manifeste hoc loco perspiciuntur
ut ne minem, nisi quem Ubiquitas ita cæcum
reddidit, ut etiam in luce meridiana caliget,
fugiant. Nam primo queritur inter nos, non
an verba Christi vera sint, an Christus præsta
re velit & possit quod promisit, de his enim
dubitare piaculum fore. sed hoc in controvær
siam vocatur, ytrum ex istis verbis, Accipite,
comedite. hoc est corpus meum, recte & ve
ritati conuenienter colligatur, substantiale
corpus Christi, in pane, sub pane, cum pane, o
re corporis extero, tam à pñs quam impijs
manducari. Hic igitur trahalis Zimmerman
nus questionem pro argumento sumens in
hunc modum argumentatur: Recte dicimus
in pane corpus Christi ore manducari: quia
Christus inquit, accipite, comedite, hoc est cor
pus meum, & Patres dixerunt, ore corporis
manducari corpus Christi. Quod perinde est,
ac si in hunc modum argumentaretur: Corpus
Christi manducatur ore: quia manducatur
ore.

Déinde ambiguitas terminorum euidentissi
mè quoq; perspicitur. Nam quod patres, com
munem, usitatamq; de Sacramentis loquendi
consuetudinem imitari, figuratè dixerunt: tri
buendo nimis signo nomen rei signare: id
perpendiculum Zimmermanni huius plum
beum, propriè dictum esse imaginatur.

M. BEVMLERI

Alteram siue Tenediam, siue Zimermanni
eam securim ventri suo, si lubet substernat An-
dreas, ac non minus in delitijs habeat, quam
olim Alexander Magnus Homeri poemata.

Christus verè dixit, panem esse corpus
suum.

Ergo non figuratè dixit.

Hanc plumbeam ædificationis Lesbiam regu-
lam, et si nunc assumpsi: tamen Andreas verili-
mè dicere poterit, me argumentum assumere
non potuisse. Ratio est, quia insipidam & in-
sulsam Elenchi ignorationem assumpsi: qua-
ter maximus ille Zinnermannus figuratum
opponit vero, atq; hac ratione maximam sacræ
scripturæ partem in dubium vocat, falsitatisq;
insimulat. Nam si primam & verissimam il-
lam Dei promissionem, in paradiſo factam,
Semen mulieris conteret caput serpentis, &
serpens conteret ei calcaneum, ad hanc Zimer-
mannicam regulam accommodaueris, falsissima
absit blasphemia dicto, erit: quia tota tropica,
tota figurata est.

Verum pergo & tertium tignum Zimer-
mannicum propono: Quod si ita videtur, col-
lo tuo appendes: nam tale λογέον te Ubiqui-
tatis pontificem esse, omnibus omnino homi-
nibus probabi.

Corpus Christi manducatur ore.

Ergo corpus Christi non manducatur o/
raliter.

Edu

A P O L O G I A. 63

Et omnes Dialectici, quorundam post homines natos vixerunt & floruerunt reuiuiscerent, & uno ore me hanc contradictionis implicacionem assumendo, argumentum assumpisse asseuerarent: tamen non vererer me cum Andrea ipsis opponere & affirmare, me non magis argumentum assumpisse, quam Andreas haec tenus, eis omni animi corporisq; contentione in id inumberet, argumento solido probavit corpus Christi esse in omnibus cantharis ceruissarijs.

Nunc colophonem Zimermannicum, ut tandem nugas istas repetendi finem faciamus, imponamus, atq; Andreæ stomacho concoquendo propinemus.

Christus, inquit, hoc poculum est Nouum Testamentum in meo sanguine.

Ergo sanguis est in poculo. *vid. simb.*
Certe cum hunc colophonem ἀκέφαλον doctissimus & ornatissimus doctor Zimermannus, Auracensis superintendens dignissimus, tanquam Syphi lapidem diu volueret ac resuolueret, ac tandem se triumphare putaret, mihi succurrebat simile exemplum, quo tu quoque huius sophismatis ἀτοπον animadertere poteris.

Zimmermannus est Doctor Theologie in hoc Auditorio: *simil. ex summa*

Ergo Auditorium est in Doctore Zimmermanno.

M. BEVMLERI

Si verò neque hoc ad huius sophismatis intelligen-
tias intelligendum tibi sufficiet, adde etiam
illud: Iacobus Andreas est nouus monachus
in claustrō Bibenhusiano. Ergo claustrum
Bibenhusianum est in Andrea. Ex his omnibus
videt Andreas, se minimè errasse, cum scripsit
the argumenta oppositionis in disputatione
Heydelbergensi assumere non posuisse: sed ra-
men hoc quoque videt, non meam ignoran-
tiā, sed discipulorum suorum disputandi in-
solentiam in culpa fuisse.

Iam progredior ad tertium tuum pro sylllo-
gismum, quo te valde festiuum & iocosum ca-
put esse, omnibus probare voluisti: sicut Vbi
quitaris monachum deceris:

Mirum est, inquis in Confutatione pagina
366. si tua qua apud Principem autoritate
vales electis optimis, doctissimis & sinceris
doctoribus & professoribus, domo Sapientiae
non præfeceris.

Primum Andrea in hoc quoq; sicut in alijs
multis operam perdīs, si multus sis in monen-
do Doctore Grinco, vt me promoueat. Nostri
enim prouerbium, Memorem mones quid sibi
velit. Nam vt ego eum ob singularem pietatē
& admirabilem modestiam, & egregiam
erga me benevolentiam iuuandi qd studium mā-
ximi facio & obseruo, non quidem alterius
monitis, sed meo iudicio, mea voluntate, sic
quoq; Doctori Grinco nō opus est monitore,
qu ipse

Quippe cum ad me iuuandum, promouendum,
erudiendum sit proemissimus.

Deinde vero præter tuam grauitatem &
modestiam agere videris, cum secundum Plus-
tarchum πόδα τῇ ἀλοτείῳ χόρῳ πιθεῖς
πελέρως σε καὶ γελοῖον δυσφαινεῖς, pedem
in alieno loco figens te negotiosum esse & ri-
diculum declaras. Nam Palatinatus Dei gra-
ua habet suos consiliarios & nutritios, qui
prudentia, grauitate, eruditione, industria, pie-
tate & exercitis virtutibus te certè sunt non
multo inferiores. Horum opera Palatinatus
Deo sic volente & prospiciente vtitur, his se-
torum committit: his se tuendum & gubernan-
dum tradit: horum consilijs libenter acquie-
scit: tuam vero Vbiquitariam operam non re-
quirit amplius: te omni cura, quam sui suscep-
pisti, liberat: te in cœnobij Vbiquitati tibijs
sacris, quæ recta aut prava gerantur curare
iubet. Hoc vero si non feceris, sed tuo inge-
nio tuisq; moribus vii perrexeris, te non plus
effecturum fateur, quam si in aquas scriberes
aut surdo fabulam narrares. De quibus Epi-
stola Consolatoria, quam hisce diebus Palati-
natum ad te misse aiunt, plenius te erudire
poterit.

Ad me vero quod attinet, non modo mag-
nas, sed etiam ingentes ago gratias, pro gra-
uitate tua cōmendatione: ac ut videoas officium

M. BEVMLERI

tuum mihi gratum accidisse, en simili officio;
te tuosq; deuincire studeo. Tu author es Do-
ctori Grynæo vt me in domum Sapientiæ, eis
Etis doctissimis viris (quorum videlicet ex-
cellens doctrina, in sophismatis & leptologe-
matis paulò ante expositis elucet) præficiat:
ego vero viciissim tibi author sum, vt tyronem
illum, quem in Admonitione pag. 15. ait in
Schola tua educatum & institutum non sine ad-
miratione ducis Ioannis Casimiri, Doctori
Gryno demonstrasse, quod etiam Tyrones
eum vniuerso auditorio ridendum exponere
potuissent) in locum tuum surroges: id quod
commodius facere potes.

Nam primo Doctorem Grynæum (si tibi
fides habenda est) nuper in disputatione Hey-
delbergensi non solum superauit, sed etiam il-
lustrissimo Principi Ioanni Casimiro admira-
tioni fuerit, nam credibile est eius Celsitudi-
nem tibi Vbiquitatis sacerdoti, ita familiarem
esse, vt etiam eius cogitationes perspectas ha-
beas. Ego vero vt liber tuus verarum narra-
tionum habet, à te anno 82. ita confusus fui, vt
nihil amplius aduersus te afferre potuerim.
Habes primam mei consilij rationem.

Deinde tyro ille in disputatione Tübingen-
si, vt antea tibi in memoriam reuocauit bonam
tibi operam nauauit, ac præclarè de te meri-
tus est, cum videlicet, iuueniliter exultans se
tibi anteponere, ac ad argumentum cui te
nullo

nallo modo satisfacere videbat , respondere
conaretur: et si non vñq adeo felici successu , ta-
men bono consilio: ego vero , ut liber tuus ve-
rarum narrationum , memorie prodidit in di-
putatione Heydelbergenfi , Dominum Gry-
næum non modo non iuui , sed ne argumenta
quidem assumere potui . Habes alteram mei
consilij rationem .

Tertio tibi id factu facillimum erit . Nam
non modo autoritate & gratia apud Ducem
Ludouicum plurimū potes : sed tu ipse es prin-
ceps: id quod te non semel dixisse ihs qui à tua
violentia & iniuritate ad principis tuū & qui-
tatem & clementiam prouocarunt , multorum
testimonijs , si bonis viris periculum creare vel
lem probare possem . Quare impera modo , ut
is , quem tantopere amas , qui se te doctiorem
esse probauit , tibi succedat , & nemo refragari
audebit . Habes tertiam mei consilij rationem .

Quarto id tibi honestissimum & iustitiae
conuenientissimum fuerit . Nam si ius Canoni-
cum vetat : Ne quis duos episcopatus teneat:
non certè decet vos Vbiquitatis Prælatos , Ab-
bates , Monachos , Præpositos plus una præ-
benda frui : ne ipsis Papistis auiores videa-
mini . Tibi vero quinque haec tenus Vbiqua-
tis gratia obtigerunt: splendidissima est auli-
ca: huic proxima Bibenhusiana: hac non infe-
riores tres Tübingenses : prima Monachalis
In stipendio principis: altera Academica: tercia

M. BEVM LERI

Ecclesiastica. Et certè hæc præbendarum mul
titudo & varietas in causa est, quod hactenus
non tanta laude & diligentia, nec tanta admis
satione & utilitate professioni theologicæ pre
fueris: quanta autem te decebat, & quanta au
diatores tui vellent. Verissimum enim est illud
Xenophontis, ἀδιωκατοι τὸν πλάνην τεχνα
μένον, ποιεῖσθαι καλῶς, hoc est impo
sibile est multa fabricantem, omnia bene & se
cè facere.

Porrò nosti quoque boui trituranti non ob
durandum os: item ex altari viuere debere, qui
altari seruiunt: ex quibus à contrario, vel tua
logica plastraria duce colligere poteris, bo
vi non trituranti sed ortanti obligandum esse
os, & eos qui altare negligunt ex altari victi
fari minime debere: Iuxta illud, Qui non labo
rat ne manducet. Cum verò tu intar bouis Cy
prii tibi à publicis muneribus, que tibi haec
nus fructuosa fuerunt, immunitatem sumpse
ris, tely ipsum otii nimium voluptatumq[ue] dul
cedine inescatus, de sede Cancellariana, Aca
demica, Ecclesiastica in claustrum Bibenhüsia
num præcipitaueris: æquum omnino fuerit,
ut tibi os obligetur, ac redditus altaris alteri
destinentur. Habes quartam & quidem omnium
maximam mei consilij rationem.

Hæc habui Andrea quæ ad columnias & cō
uicia, quibus me deformare voluisti, responde
rem. Si verò in posterum tui similis esse perre
xeris

A P O L O G I A. 66

Xeris, hoc est conuictia conuictijs cumulaueris,
certo scias me, quatenus videlicet Dei gloriae
nihil decebat, tua fulmina bruta, solo silentio
vindicaturum esse, atq; non pluris aestimaturum
quam olim Socrates impetus impudentissimi
Calcitronis.

C A P V T . I I I .

Quod due calumniae, quibus Andreas per
latus Domini Huldrici Zuwingli nostram
doctrinam petit, suspectamq; & exosam
reddere conatur diluuntur.

Haud abs re mihi facturus videor, optimè
Lector, si duas insignes calumnias, quas
Iacobus Andreas in omnibus fere pagellis,
suorum centonum inculcat, & quibus per la-
tus D. Huldrici Zuwingli Ecclesias nostras pe-
tit, earumq; doctrinam suspectam & exosam
reddere conatur, refutandas suscepero. Nam
cum Andreas sentiat, se iam omnibus argu-
mentis destitutum suamq; Vbiquiratē omni
præsidio denudatam: nunc omne suum præsi-
dium & confugium in calumnijs & crima-
tionibus, in bene dictorum calumniosa inter-
pretatione, & fraudulenta depravatione po-
nit. Id quod pio Lectori hoc loco ovvθεσ, ad
oculum demonstrabo.

Prior calūnia est, quod in suis postremis scri-
ptis sexcenties scribit Zuwinglium in subsidio
fateri, se interpretationem verborū cōmētē Do-
minicā ab atrocispiritu didicisse.

M. BEVMLERI

In hac vero calumnia tria ingenij & candoris sui specimina nobis edit manifestissima, atque omnibus intelligentibus probat se non nisi atro spiritu agitatum hanc calumniam roties inculcare. Primum est manifestum & impudens mendacium: alterum violenta & calumniosa depravatio verborum Zuuinglij, vel ex malitia Jacob Andricavel ignorantia monachali profecta: tertium est deplorata impietas & tristis animi cæcitas.

1. Mendaciū & falsum testimonium, plusq; quam Argiuā calumnia est, quod scribit Andreas, fateri Zuuinglium se suam doctrinam à spiritu didicisse. Nam Zuuinglius in somniū sui explicatione nullam omnino spiritus facit mentionem: Iacobus vero Andreas, à malo genio, qui mendax & homicida est, & ip; veritate non persistit, transuersum actus hanc diabolicalam calumniam in gratiam sue Vbiq; uitatis somniauit, atq; tanquam frustum crapulæ Bibenhusianæ impudenter emomuit. Inspiciant igitur lectores & euoluant subsidium Zuuinglij, & si ibi mentionem Spiritus, à quo Zuunglius per insomnium aliquid didicerit, inuenient, verax sit Andreas, vera sint, quæ suis centonibus postremis infarsit omnia, atq; omnes suos aduersarios vicerit & prostrauerit. Ceterum Andrea ubi os tuum? ubi frons? ubi religio? ubi conscientia? ubi pietas? ubi timor Domini? ubi charitas Christiana? A te profecto, quan-

ctò, quantum vel ex hac vnica fraude sapientes iudicant, quam longissimè absunt. Nam si istarum virtutum vel aliqua scintilla in animo tuo residua esset, non induxisses animum in optimi istius viri, & de Ecclesia Dei præclarè meriti cineres tam aperto tam impudenti mendacio sœuire, tam manifesta fraude & intolerabili libidine roti Ecclesiæ illudere, nō usq; Decalogi præceptum, Nō dices falsum testimonium contra proximum tuum, violare.

An vero ita caligabant oculi tui, an umbra Bibenhusiana ita mentem tuam opacare poterat, ut videre non posses, cui Zuuinglius reuelationem, per somnium factam acceperam ferret? Edormi suadeo & exhala grauem illam crapulam, & sobria mente inspice denuo locum Zuuinglij, & reperies Zuuinglium hanc reuelationem non spiritui atro, sed Deo, spiritui candidissimo, tribuere: atq; proinde non Spiritui atro, sed Deo pro isto beneficio gratias agere: non spiritus, sed Monitoris mentio nem facere. Hac itaq; ratione si vel ad punetum temporis ad te redieris, facilè animaduertes te odio, inuidia, ambitione & nimio oratio de mentis potestate motum, turpissimè lapsum esse, Zuuinglio insignem iniuriam fecisse, Ecclesiæ Dei impudenter hactenus impossuisse: atq; idcirco merito istam culpam tibi agnoscendam, & cum ecclesia in gratiam redeundum esse.

M. BEVMLERI

Quorum autem hominum & ingeniorum
amari isti cum feile & aceto impietatis mixti
sunt sarcasmi, te docere poterit tristissimum ex
emplum scurrarum illorum & sycophantarū,
qui, ut est in historia passionis Christi, illa ver
ba salvatoris, Eli Eli lamah sabachthani, Deus
meus Deus meus, cur me deseruisti, libidinos
& petulanter peruertebant, Christumq; Domī
num idololatriæ insimulabant: quasi in acerri
mo dolore & extremo cruciatu, Eliā, non Deū
verum inuocasset. Illorum tamen nequitia &
calumniā tolerabilior esse, faciliusq; excusari
posse videtur, quam hæc Jacob Andrica. Nam
inter Eli & Eliā aliqua est Paronomasia, qua
illi errasse alicui probabilit̄ videripossent. At
inter vocabulum Dominus & spiritus alter,
item, monitor & spiritus, non maior similitu
do, quam inter scriptum verborum Cœnæ, Pa
nis est corpus Dhristi, & inter glossam Iacob
Andricam, in pane, sub pane, cum pane est cor
pus Christi. Et hoc est primum Iacob Andrea
ni ingenij specimen: non quidem à bono spiri
tu editum: quippe cum nouum decalogi præ
cepum de falso testimonio mendacioq; vitan
do, tam petulanter transgredijatur.

Alterum specimen est, vel malitia deplora
ta, vel ignorantia deploranda, noui huius mo
nachii, qua optimi viri dicta vel sciens & pru
dens adulterat & pervertit, vel ignorantia re
sumq; imperitia in alienum sensum, quem ha
stenus omnes erudit̄ ignorarunt, detorquet.

Id quod nobis breuiter & luculenter demon-
strare propositum est. Nam primo Andreas
calumniōsē deprauat dictū Zuuinglij, propriē-
tate accipiendo, quod non nisi per prouer-
bium & figuram , tam à Zuuinglio , quām à
veteribus scriptoribus usurpari consuevit. Ex
prouerbio igitur , seu figurata locutione qua
Zuung. vtitur, sic perperā colligit Andreas.

Zuuinglio visum est in somnio adfuisse Mo-
nitorē, qui ater an albū fuerit , nō meminerit.

Ergo Zuuinglius fatetur se nescire , virum
spiritum bonum an verò malum viderit.

Hoc tuum consequens etiā pueri septennes
ridebant , eiusq; crassas fallacias animaduer-
tent. Nā alij ex rudimentis Philippicis edocti,
mutato genere prædicationis, imperitē conse-
quentiam colligi respondebunt: alij verò argu-
mentationem, quæ constet quartuor terminis,
viiiosam esse, aures tuas circuisonabunt, alij de-
niq; argumentū homonymias carçinomate la-
borās, animi indocti & versipeiliis certissimū
indiciū esse clamabūt. Ne verò eos tuisimiles
esse existimes, hoc est, crimē ignorantie & ma-
litie obiectare, quod nulla ratione probare pos-
sint, cedo rationē firmissimā. Nemo unquam
hoc Prouerbium nisi tropicē & figuratē usure-
pauit, de re valde & plane ignota, siue illa bo-
na siue mala fuerit. Id quod Andreas alio ve-
terum prouerbio discere potuisset, nisi otio in-
erti torpere maluisset: Quid album, quid nigrū
sī nouit: quod nihil aliud significat, si veteri-
bus credimus, quā nouit etiā id quod velindo

M. BEVMLERI

Etissimo promptum est. Nam albi & nigri coloris discriminē cūdientius est, quam ut aliquē latere possit. Quemadmodum igitur cognitio albi & nigri, non propriē & figuratē, non de re siue bona siue mala, sed de re facilī, manifesta, lippis tonsoribusq̄ nota dicitur: sic contra albi & nigri ignorantia non tam de spiritibus, quam alijs creaturis, non tam de re mala, quam bona, sed de re planē ignota & abstrusa de qua nihil tibi constet, dicitur. Atq̄ hoc modo Proverbum præsens, cum à Cicerone usūatur, tum à Martiali & Quintiliano repetitur, tum etiam ab Erasmo explicatur. Intelligis igitur, opinor, Andrea, ē hoc loco non tam tuā malitiam exagitandam, quām ignorantiam deplorandam pueris septennibus propinare.

Hæc verò quæ nunc audis, cum hactenus te fugerint, non minus prudenter & docte ē verbis Zwinglii colligis absurdum & impium: quam olim Iudæi ex dicto Christi Ioannis 8. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non conspiciet in æternum, petulanter colligebant, eum dampnum habere: quippe cum Abraham & Prophetæ mortui essent. Neq; etiam plus veritatis & pieratis in hac tua collectione inest, quām fuit in testimonio falsorum duorum testimoniū, qui ex dicto Christi Ioannis 3. Cap. Destruite templum hoc, & tribus diebus erigam illud, testabantur

restabantur C hristum dixisse, se templum Hie
rosolymitanum demolitum, tribusq; diebus
institutum illud esse.

Deinde pueri istis superioribus nō cōtentī,
te ita colligentem, Zwinglio in somnio ad-
fuit Monitor, de quo non meminit ater an al-
bus fuerit. Ergo Zwinglius didicit ab atro spi-
ritu, effusè ridebunt. Cum enim ipse Zwingli-
us de externæ Monitoris illius speciei, sibi per
somnium obiectæ, qualitate, hoc est de exter-
no habitu, de colore siue nigro siue albo siue
ceruleo, siue viridi, siue rubro noluerit (arro-
gantiæ nimirum vitrandæ causa) pronunciare:
Quis te ex Dauro ferrario, Oedipodem fecit,
vt tanta temeritate de rebus ignotis respon-
deres. Nunc verò Andrea tuis mancipijs ma-
gis placebis, omniumq; acclamationibus, eti-
am Danieli Prophetæ longissimo interuallo
anteponeris, idq; iure optimo ubi continget.
Nam tu ix τὸ πατερόν μα, hoc est repente,
ē vestigio & audacter de somnio Zwingli
sententiam tuam profers, neq; animos nostros
dū suspensos tenes. Daniel verò, vt de se, non
minus videlicet quam Zwinglius arrogan-
tiae crimen fugiens, testatur, non nisi temporis
aliquo interuallo interposito, de somnio Ne-
bucadnezeris pronunciare ausus fuit. Deinde
tu propria libidine & charitate Christiana ne-
glecta, de somnio Zwingli iudicas, Daniel
verò propriæ infirmitatis sibi conscius, non ni-

M. BEVLERI

si nomine diuino implorato, somnium Nebucadnezeris sibi interpretandum duxit. Scilicet Daniel i.e.p.dcs dicitur sacerdos precum, tu vero monachus et raptus prophetas dirarum & infastarum imprecationum factus es. Tertius tu sine reuelatione diuina proprio arrogi animi motu somniū Zwinglii nobis explicas. Nam et verò ante visionē nocturnā, diuinitus sibi obiecta, somniū Nebucadnezeris indicare & exponere, nec ausus nec potuit. O fortunatam igitur Sueviā si sua bona norit. En tibi ove ipsa πώλης somniorū coniectore expeditissimū: cui ad somnia interpretanda, nec premeditatio operosa, nec serja nominis diuini inuocatio, nec diuina reuelatio necessaria est. sola melanocholia, sola iracundia ei ad minus hoc, pet saecūlum nec sacrū obeūdū sufficit. Eisi aut̄ somnijs & reuelationibus interpretandis, magnā laudem adeptus es, ut etiā cū Caldeis merito comparari possis: tamen ad eā plurimū accedet, si adhibita tua logica nobis verba Pauli 2. Cor. 12. noui hominē in Christo, an in corpore, an extra corpus nescio, Deus nouit, raptus in territum usq; cœlū, rotundē explices, ac sine omni tergiuersatione dicas, yrrū Paulus in corpore an vero extra corpus raptus fuerit in territum cœlū. Nā eadē facilitate & temeritate ex hisce Pauli verbis plaistraria tua & metaphysica dialectica, certi aliquid concludere nobisq; omnem dubitandi occasiōnē præcidere poteris quam ex verbis Zwinglii, quippe cu.n Zwinglii

gilius nō minus de suæ reuelationis modo quæ
Paulus dubitauerit. Experire igitur quid pos-
sis, si res successerit ipsum quoq; Paulū pruden-
tia superare videberis: sin verò præter animi
sententiā ceciderit, tuaq; explicatio maiori ho-
minū parti ludibrio & contemptui fuerit, cogi-
t abis tibi nihil noui accidere: quippe cum for-
mula tua concordiaz, que tanto labore tibi con-
stituit, & cuius beneficio te toti ecclesiæ Chri-
stianæ imperare posse sperasti, nunc à plerisq;
suis subscriptoribus vel rideatur, vel negliga-
tur, vel etiam improbetur.

Nec verò has tuas tantū ineptias pueri ride-
bunt, sed etiā cachinnis hāc tuā argumentatio-
nem excipiēt, qua è colore, cōmuni videlicet
accidēte, statim cōcludis essentiā ipsā, seu essen-
tiā proprieitatē. Nā si tibi metaphysico óve ipso
πωλη, & plaustriario dialectico maxime da-
rent pueri, Zwing. vidisse monitorē atro colo-
re præditū: nō tamē inde cōcludes, malū fuisse
illū monitorē. Quemadmodū ex albo colore
nō statim bonū angelū aut hominē agnoscere
possis, quippe cū diabolus, si Paulo credimus.
In angelū lucis sese transformare possit, & dia-
boli ea sit consuetudo perpetua ut homines de-
cipere prætextu verbi Dei & veritatis volens,
formā angeli splendidissimi assumat, mentia-
tur & imiteetur.

Nunc ad tertium tui ingenii specimen contem-
plandum venio: quod est extrema & deplora-
ta impietas: id quod rebus addicā necessarijs.

M. BEVMLERI

Principio enim quod Zwinglius Dominum sibi imperitissimamente affirmat, hoc cum diabolo tribuit, quod Zwinglius ad Dei gloriam commemorat, hoc tu diabolo acceptum ferendum esse contendis: quod Moses Exod. 12. cap. instinctu spiritus sancti literis memorie prodidit, hoc cum ab atro genio factum esse clamitas. Similis igitur est Andrea, & vestigijs eorum insistis, de quibus Isaías Propheta capite 5. scribit: Væ decentibus bonum malum & malum bonum: qui ponunt tenebras lucem & lucem tenebras, qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Dic igitur nobis Andrea, vitrum hæc vox, Agni paschalis celebratio, seu agnus paschalis est phase transitus Iehouæ, à Deo, an vero ab atro spiritu proficiscatur. Si ab atro spiritu esse dieses, fateberis totam sacram scripturam ab atro spiritu inspiratam esse, quandoquidem huius dicti idem est author, qui est totius scripturæ sacræ. Sin vero à Deo profectam esse concedes, simul quoq; concedas necesse est, Zwinglium eam non à diabolo, sed à Deo dicisse. Nam idem planè est qui verbum ab initio dedit, & qui id adhuc hodie hominibus reuelat.

Sed fortasse contra hæc excipies, Te non sentire hoc dictum à diabolo esse profectum: sed Zwinglii interpretationem diabolum auctorem habere vociferaberis. Verum hæc tua exceptione effugere non poteris, quin & tibi contradicere

contradicere, & falsum impiumq; dicere deprehendaris. Nam primo te adhuc meminisse arbitror, quod anno 28. cum Tubingæ disputares, & hanc Zwingli reuelationem tragicè exagitares, omnes auditores in stuporem conuerteris, cum dicere non erubesceres: Exodi 12. non scriptum esse, agnum paschalem esse transiit Ichouæ. Ergo aut fatearis necesse est, dictum illud in Sacra scriptura non repetiri, aut tuam superiorum sententiam reuocare. Quod tamen factu tibi difficillimum erit: quippe cum eam discipuli tui tam arcte teneant accurateq; defendant, ut nuper pari audacia in disputatione Heydelbergensi affirmare non dubitarint, Genes. 17. de Circumcisione non prædicari, quod sit foedus seu pactum intra Deum & Abrahamum: item in cena Dominica de pane non prædicari, quod sit corpus Christi. Hæc verò cuius spiritus commenta fint iudicent omnes, qui iudicare Spiritusq; ex verbo Dei probare possunt.

Deinde Andrea impium & falsum dicit cum Zwingli interpretationem à diabolo ortam esse clamitas. Nam primo te non fugit diaboli non eam esse naturam & consuetudinem, vt Scripturam cum Scriptura conferat: vt Scripturam Scriptura explicet & illustreret: vt Scripturam cum Scriptura conciliet: quod Zwinglius hoc loco pīe, studiosè omniumq; sanctorum exemplo fecit. Hoc vero diabolus

M. BEVMLE RI

In more & visu perpetuo habet, ut Scripturam
sibi egregie consentientem, pugnantem faci-
at: ut fallacia divisionis (quod hoc loco à te
quogz fieri luce meridiana clarus est) sacram
Scripturam mutilet & corrumpat, alienumqz
ei sensum affingat. Quod te vel unicus ille lo-
cus, quem diabolus Christum tentans ē Psal.
119. mutilando corrupit, docere poterit.

Deinde si ex eo colligis, à spiritu atro cōdo-
ctum fuisse Zuinglium, quod Sacramentales
locutiones veteris Testamenti cum locutionis
bus Sacramentalibus noui Testamenti contu-
lit, atqz utrasqz eodem modo intelligendas, ex-
plicandasqz docuit: quid quæso superest, quam
ut eadem audacia & impietate Christum De-
minim dammes, Paulum & Chrysostomum
suam doctrinam ab atro spiritu hausisse vocis-
fereris? ut scilicet tibi omnes in Ecclesia pal-
mam tribuant, te solum doctū putent, te Chri-
sto Domino, S. Apostolis, B. Patribus ante-
ponat.

Nostī enim Christum Dominū non minus
quam Zuinglium de Sacramentis noui Testa-
menti, ijsdem phrasibus & locutionibus, que in
veteri Testamento passim occurruunt, vnum ei-
se & retinuisse. Nam quemadmodū Circumci-
sio dicitur fœdus: agnus paschalis transitus: at
ca fœderis Iehoua: sacrificia peccata populi: sic
ijsde plane locutionibus instituit, ordinavit &
sanci-

faciuit. Itaq; panem appellant corpus suum;
 vinum vero sanguinem suum, respiciens ad Sa-
 cramenta veteris Testamēti. Nec ramen quis-
 quam est, qui hactenus Christum Dominū re-
 prehenderit aut dæmoniū habere dixerit: quip
 pe cum de Sacramentis sacramentaliter, verbo
 Dei eiusq; immotæ veritati conuenienter locu-
 tus sit. Intolerabilis igitur est audacia noui Ius-
 ius & imperiti monachi, qua eos à spiritu agi
 & docere insolenter affirmat, qui cum Christo
 Domino loquuntur: quo certè nihil aliud facit
 quam vt Christū Dominum per latus ministro-
 rum piorū petat. Idcirco merito & certo, nisi
 seria pœnitētia anteueriat, haec multū post trā
 stissimam illam vocē audire cogetur, **Andrea**
Andrea quid me persequeris? Graue tibi eris
 contra stimulum calcitrare.

Præterea quo spirim ductum & edictū Pauli
 lum, eximium illud & præclarum Dei orga-
 num, arbitraris Andrea? qui non solum locu-
 tiones sacramentales è veteri Testamento, ma-
 gna religione in nouum introduxit: sed etiam
 ipsa Sacramenta inter se contulit, nobis Vete-
 rum, veteribus nostra tribuit. Nō certè credo,
 te adeo impium & impudentem esse, vt fateri
 audeas, id à spiritu atro profectū fuisse. At ve-
 ro quam tibi ista Paulina collatio proberit,
 quantiu[m] à te fiat, satis ostendis, cum in Zuin-
 glio tam graueret reprehendas ac diabolo iri-
 bias: quodis Pauli exemplum sequitus, fe-
 cit. Necesse igitur est te aut fateri Paulum

M. BEVMLERI

diaboli instinctu Veteris & Noui Testamenti sacramenta inter se contulisse, & nobis veteri veteribus vero nostra attribuisse: aut fateri Zwinglium Dei spiritu actum sacramenta sacramentis explicasse & sacramentalles locutiones, sacramentalibus locutionibus accommodasse.

Deniq^e Diuum quoque Chrysostomum, de cuius orthodoxa sententia, in doctrina de sacramentis nemo orthodoxus vñquam dubitauit, atrum spiritum præceptorē habuisse affirmare necesse habebis: si Zwinglium idcirco recte colligis ab atro spiritu impulsum esse, cum eandem rationem istarum prædicationū Panis est corpus Christi, & Agnus est transitus Iehouæ, esse docuit, vestrāq^e Vbiquitariam consubstantiationem, ea ratione impugnauit. Nam D. Chrysostomus homil. 83. in Matthæum in hunc modum scribit: Discipulos Christi ideo non fuisse turbatos, cum audirent se iuberi carnem Christi manducari, quod quē admodum Moyses de agno paschali, hoc atque num vobis memoriale est, dicebat, sic & ipse Dominus, in meam commemorationem facite aut, donec veniam.

Ex his igitur quæ hactenus dicta demonstrataq^e à nobis sunt, primò intelligit prius Lectio Zwinglium nihil quod à verbo Dei, à doctrina Christi, à confessione Apostolorum, à sententia primitiæ ecclesiæ alienum sit, ac nō potius

potius bis per omnia cum ea consentiat seripuisse & docuisse: & proinde eius doctrinam ab atro Spiritu profectam esse, neminem, nisi atrum spiritum familiarissimum habeat, penitusq; ab eo occupetur & regatur, dicere posse. Deinde vero Andreæ exemplo, quicq; admodum discat quæso: maturè iræ, odio, inuidia, ambitioni, calumniandi studio resistere, frænumq; iniijcere. Nam si ista virtus in animo insederint, altasq; radices egerint, non modo non euelli amplius possunt, sed etiam hominē eo insania adigunt, vt nihil nisi benedicta calumniari, falso interpretari, in alienum sensum rapere, nodumq; in scirpo quererere, conuicia & crimina falsa comminisci, item ex lite necere, cœlum terræ miscere possit. Atq; hæc ita esse, cum alia multa exempla nobis declarant: dum vero maximè in Andreæ exemplo funestissimo tanquam in speculo, nobis intueniuntur: Cui ut Deus oculos mentis tandem aliquando aperiat & melancholiā quam se & alios misere vexat, eripiāt, aut eum iusto suo iudicio compescat, nobis sedulò ostendit, vt tandem aliquando eos, in quibus aliquid Christi inest, conuirijs insectari, Ecclesiæ pacem, tranquillitatemq; perturbare desinet.

Altera calumnia qua Zwinglij doctrinam suspectā & exosam reddere conatur, est, quod scribit Zwinglium, Scipionem, Herculem,

M. BEVMLERI

Ciceronem & alios præstantes viros in cœlo
collocasse. Possem ex scriptis Zuwingli multa
& illustria testimonia, quæ illius viri perpe-
tuam & constantem de iustificatione fidei sen-
tentiā explicarent & Iacobum Andream fal-
si criminis reum agerent, proferre: nisi hæc ca-
lumnia à nostris dudum refutata esset: aut si
quenquam de ea dubitare hodie existimarem.
Hoc vnum dico sycophantæ & impudentiæ
hominis esse, ea quæ figuratæ & metaphorice
dicta sunt, propriè accipiendo adulterare, &
inde absurdum aliquod deducere, quod nec
per somnium, nec per febrim authori in men-
tem venit. Verum Andrea, etiamsi daremus
tibi, quod tamen nunquam dabimus & tu
nunquam probabis, Zuwinglium Ethnicose
gregijs virtutibus ornatos in cœlo collocaſſe:
non tamen grauiter peccasse videreiur, si vera
sunt quæ scripsit Brentzius, si vera sunt, quæ
tu à Brentio accepta mordicus defendis. Nam
si cœlum vi monstroſe scribitis nullo loco ter-
minatur, si ad inferna vſq; extenditur: cur non
etiam Ethnici in cœlo locum habere dicen-
tur? Præterea si diabolus, ut blasphemæ scri-
bitis, in domo Parris, in qua Christus suis ele-
ctis mansionem & locum parauit, suam quoq;
sedem & domicilium habet: cur quæſo non
necessariò sequatur etiam reprobos in eodem
loco collocari: quippe cum reprobos in ex-
tremo

tremō iudicio Christus iussus sit à se discessere in ignem eternum, qui paratus est diabolō & agentis eius?

Cum vero existimes Zwinglii doctrinæ prædicatio esse debere; quod in suis scriptis, referebant tempora illa, in quæ incidit Zwinglius, & occupationes grauissimæ, durius interdum & minus propriè quod tamē hodie noui Monachi cerebro faciunt, loquuntur fuisse videtur: ecce respondam tibi dicta aliquor ex scriptis Domini Lutheri desumpta: & quid de his sentias, atq; nobis sentiendum existimes, licet better audiam. Nam ea talia sunt, ut fundatim nostræ salutis petitus labefactent: Nam in Genesi Capite quarto pagina 87. f. b. de nostra salutis causa prima in hunc modum scribit. Nos sub Papam formito, ut sic loquar, venimus ad misericordiam: Non enim p̄c̄c̄s̄it certa promissio futurum, ut nobis viventibus patet, veritas & manifestetur Antichristus. Et paulo post inquit: Sic Nahaman, sic rex Mithridati, sic Nebucadnezar & alij ex Gentibus fortuita misericordia saluari sunt: Item ad hunc modum propter electos, qui fortuita misericordia saluandi erant, & vita protectio, promissiones corporales, seu Legales, esse magnæ & egregiae sunt, tamē sunt incertæ & fortuitæ. Et ibidem: Per ihu Christum sua generatione, sine lux, sine crux,

M. BEVMLERI

& siue Deus, exceptis ijs, qui per fortitiam misericordiam seruati sunt. Ibidem: Auget timorem Cain, quod Deus relinquit ei tantum vagam misericordiam. Pag. 91. f. a. Sicut, inquit, Christus minister circumcisionis fuit, proper veritatem & certitudinem promissionis Iudei factae, Gentium autem minister fuit, propter misericordiam, nam promissionem nullam habebant: ita quoq; posteritati Cain, fortuita illa misericordia contigit.

Hec Andrea cum animo tuo lustra, & etiā atq; etiam perpende, nū similia ρνματων θxū ματα, ut mollissimè loquar, reperiantur. Quod si ergo ex ijs locis in quibus Zuwinglius suo dicendi genere vsus, tibi loquutus videat durius, statim colligendum censes, Zuwinglii doctrinam de cœna Domini falsam esse: cur non eodem modo de Luthero iudicandum es? Se statuis? Sed malim magnorum istorum Dei seruorum, ad quorum eruditionem iam Andreas, quām ego non peruenit, σφελματα & lapsus regi, duriores locutiones in meliorem partem explicari, quām ita tragicè exagitari.

CAPUT

C A P V T Q V A R T V M

Quo refutantur calumniae, quibus Andreas ex colloquio quodam, quod ante biennium ad fontem acidum lauans, cum quodam ministro Ecclesiæ agri Tigurini se habuisse scribit, in confutatione pag.
200. nostræ doctrinæ, maxime verò in-
clyte Reipub. Tigurine inuidiam confa-
re conatur.

VT Andreas, homo durus & iracundus, non solum priuatas personas dentata sua charta incesseret, sed etiam Republicas & Ecclesiæ, optimè constitutas, de suis antecessoribus optimè meritas, atrocibus iniurijs afficeret: libuit ei in postremo suo scripto etiam ridiculam fabulam, quam ipse pro suo candore & grauitate historiam appellat, commemorare. In qua narratione duo nobis expendenda sunt capita: prius est narrationis sive fabulæ occa-
sio: posterius est ipsa fabula, seu colloquium scenicum, dignum quod in laudem Andreæ omnium gentium literis celebretur. In occasione Iacobus historicas leges acurate obseruans suæq; fabulæ autoritatem & fidem conciliaturus tria exponit: 1. Tempus, 2. Locum 3. Causam impellentem. Verba eius hæc sunt. Sed libet aliam quoq; historiam breuiter recitare

M. BEVLERI

Cum ante biennium in foarte acido lauarem
& valetudini operam darem, minister quidam
Ecclesie ex agro Tigurino à me interrogatus,
qui similiter quoq; valetudinis sua confirmans
dā acidulis vrebatur.

Ad tempus igitur quod attinet Andrez,
respondeo, te historiæ leges nimis acuratè ob-
seruando summam leuitatis notam tibi inure-
re. Ante biennium enim aut ignorantia, quomo-
do Cœna Dominica in nostris Ecclesijs cele-
bretur, aut omnino cognitum habuisti. Si ig-
norasti, cur quæso superioribus annis tot cen-
tiones contra nostram doctrinam consuistit?
cur tot bruta fulmina in eam emisisti? cur tot
falsis præiudicijs eam grauare non dubitasti?
cur tam diris & indignis anathematismis eam
subiecisti? scilicet pulchrum tibi fuit, more
Andabatarum, rem neque visam neque co-
gnitam oppugnare: scilicet non insaniam & fur-
or est id oppugnare, de quo tibi nihil con-
stet. Si vero de ea tibi constitut, quid opus er-
at denuo interrogare? quid attinebat actum
agere? quæ insaniam te eo adigebat, ut de re tibi
cognita peregrinum hospitem tam odiosè &
insidiosè sollicitares?

Ad hunc locum quod attinet hic historicus
suum genium & ingenium nobis contemplan-
dum proponit. Quod videlicet tutius esse ar-
bitretur, in proprio sterquilinio crocitrare ac
sibi locq; cauere, quam in aciem prodire. Nam
alioquin

alioquin, quomodo Cœna Dominica in nos-
kris Ecclesijs administretur, ut cognosceret,
non sibi expectandum esse censueret, donec in
acidulas ante biennium demum sese conferret,
ac vbi ministrum Tigurinum ostenderet, à
quo de re tanti momenti eruditus eret. Idqz eō
magis quod superioribus annis, cum suo Bi-
denbachio, Tigurum furtim ingressus Domi-
num Rodolphum Guualtherum concionan-
tem audiuerit. Cur non ibi ad D. Bullingerū,
aduersus quem absens s̄epe pugnauerat, & de
quo, suo more, ante victoriam constitutam, pu-
blico scripto triumphauerat, adiuit, & ex eo
percontatus est, quomodo cena Domini in
Ecclesia Tigurina administretur? Cur à phra-
sibus quibus orthodoxi patres vsl̄ sint, abhor-
teant? Cur Orthodoxū consensum imprimen-
dum curauerint? In causa hæc fuerūt. Andreas
eisī Vbiquitarius est, Tiguri tamen dum fuit,
non fuit in suo territorio, Andreas eisī Vbi-
quitarius est, tamen Tiguri suos applausores
& astipulatores non habuit. Andreas suæ Vbi-
quitati metuebat, & cōsubstantiationis suę prę-
sidio se non satis munitum esse sciebat.

Interea tamen Andreas suum quoque in-
gratum animum erga liberam Heluetiæ gen-
tem declarat, & quomodo Helvetios si in eius
territorium accedant, excipere tractarebūt so-
leat, ostendit. Quod videlicet magnam hu-
manitatis & modestiæ speciem præ se ferens,

M. BEV M L E R I

Insidiosè eos de rebus perconteret, de religione cum ipsis conferat, ut postea occasionem habeat, eorum dicta & responsa calumniandi, corrumpendi, & odiosè in suis farraginibus exagitandi. Hæc sunt xenia, hæc *αντίθεστη* etiæ quæ genti Helueticæ de Ducatu Vuitbergico eiusq; exilibus præclarè meritæ, ab Andrea referuntur. An vero oblitus est patrū & nostra memoria, plurimos concionatores à Papistis sedibus suis pulsos, totoq; imperio nusquam ruos, scilicet ad Helueticā gentem, tanquam extremum asylum contulisse. Nam vt præclarè monet Euripides in supplicibus.

*Ἐχει γὰρ καταφυγὴν θύρᾳ μὴ πέτερον
δοῦλοι δὲ βαμβάς θεῶν, πόλις δὲ τοῖς
πόλιν*

*Ἐπτήξε, χριμαθεῖσα. τῷ γὰρ εἰ φερτοῖς
ἐκδῆσιν γε διετέλει τὸ δαιμονοῦν.*

Habet enim consigilium Petram quidem ferar, serui aras Deorum, ciuitas vero ad ciuitatem cōfugit, tempestate exagitata. Nihil enim perpetuò beatum est in rebus mortalium.

Nostri ergo homines ihs non solū dolore & consilio adfuerunt, sed etiam tuta hospicia præbuerunt, nullum humanitatis, pietatis & liberalitatis officium, quantumq; honeste poruerunt, promouerunt. Tantum abest ut insidiosè eos interrogarint, aut vexarint, aut eorum calamitas

lamentatibus insultarint. At vero quam gratia reportauerint & adhuc hodie reportent superioribus annis immoderatum Testamentum Brentzij, qui superioribus quoque annis magnis nostrorum hominum beneficijs usus fuit, docuit: hodie vero Andrej eiusque sociorum dicta & facta testantur. Nam non satis habentes in Ecclesiis Gallicas & Belgicas, quae hodie crudeliter a Papistis premuntur, intollerabili bus conuictijs inuehi, sed etiam in honestissimas nostras Respublicas, quibus sua bona merito accepta referre deberent, si modo gratia esse vellent, infinita conuictia & maledicta conferunt. Itaque haud immerito nostri cum Davide conqueri possunt: pro dilectione mea aduersantur mihi. Et posuerunt super me malum pro bono, & odium pro dilectione mea. Pos sunt etiam recte contra eosdem usurpare, clarissimi optimiisque viri Philippi Melanchtonis cui pro beneficijs & virtutibus egregijs eandem quam nostris referunt gratiam.

Ingratus cuculus nutricem deuorat ore

Et misere pietas officiosa nocet

Heu mihi quaescelus hoc imitantur saepe volucris
Pectora que Cygno candidiora putas.

Possem hoc loco tibi in mentem reuocare, quae maiores nostri Illustrissimis principibus Virtutib[us] tehergicis, rato imperio Romano proscriptis praetiterint: nisi omnes praeier te meminissent ac summè commendarent, tuamque proprietam

M. BEVMLERI

ergo gentem Heluetiam ingratitudinem de-
cessarentur.

Ceterum præstat, ut ad alteram fabulz
huius partem veniamus, diuinumq; collo-
quium, quo I cum ministro Ecclesiæ in agro
Tigurino te habuisse scribis: dignum videli-
cer, quod aureis literis marmoreæ statua in-
cidatur, Bibenthalianæq; Ubiquitati consecra-
tur. Sunt autem huius colloquij vel potius
tentationis Iacob Andricæ partes quinque,
quas deinceps examinabimus.

Primum igitur tentator Andreas egre-
sus in acidulas, ministrum Tigurinum acce-
dit, hisq; verbis adortus est. Quomodo vero
vos Tigurini Cœnam Domini in vestris Ec-
clesijs celebrans. Et respondeat minister: Do-
cerut populus, nos ministri vobis damus pa-
nem & vinum: vos autem orate, ut Dominus
vobis der corpus & sanguinem suum.

Historiam, id est testem veritatis te no-
bis scripturum esse promisisti: sed pro historia
fabulam & tua figura te nobis dare in ipso
limine ostendis: quippe cum tua vehementius
ornando, aliena nimium reprehendendo, affer-
etibus tuis plus & quo quam concedit veritas
largiendo, historiæ leges negligas, tibi o/
maem si dem deroges. Nam primo & te &
tuos Tübingenses adhuc in recenti memoria
habere arbitror, te nimium cum anno 82. in
disputatione publica Tübingæ hanc histo-
riam

giam valde ridiculè narrares sapientie res
peteres, hunc primum tentationis paroxys-
mum multò aliter exposuisse. Nam ibi aie-
bas: Ego quæsiui à ministro Tigurino, quo-
modo is suos auditores de Cœna Dominica
eruditet? Ecclesiarum vero nostrarum men-
tione n nullam faciebas. Nunc vero, ut nostris
Ecclesijs & Rebus pub. quibus post Deum suā
felicitatem & otia debet, inuidiam conficeret, suā
spectasque reddat, hypothesin ad thesin ex
historico Rhetor factus transfert. Hæc varie-
tas res commemorandi, & si ad voluptatem
tuorum, quorum animi iam ad ista commenta
obduruerunt, sū apta & accommodata, tamen
historiæ fidem imminuit maximè, historici le-
pitaem & inconstantiam declarat luculen-
tissime: animos Lectorum suspensos & du-
bios tenet, ut nesciant virum calidum ne an
frigidum, quod ex eodem folle spiratur crede-
re debeant. Quare Andrea cum post hac vel
in otio viuere vel animi causa historias texe-
re decreueris: tibi etiam atque eiiam viden-
dum est, ut sermo tuus non solum splendidior
& eleganter fiat, sed etiam ut sibi omni tem-
pore & loco egregie consonet, nunquam ve-
ro sibi repugnet. Nam alioquin posteritatis
quæ sine amore & odio de tuis historijs iu-
dicabit, non magis historicus eris quam ho-
die ridiculus Aciopus, aut insigniter mendax
Lucianus.

M. BEVMLERI

Deinde ut hoc quoq; moneam in responso
ministri cōmitis paralogismū diuisionis : quo
nimirum ea silentio præteris & prætermittit,
quæ te historicum fide dignum minime esse,
sed ut leuissimè dicam fabulaiorem malig-
num agere demonstras. Nam minister ille &
mihi & alijs bonis viris antequam te histori-
cum fore suspicaretur , tuam tentationem in-
fidiosam exposuit, sc̄q; tibi hoc responsum de-
disse affirmauit: Doceo ego meos auditores me
ipsis panem & vinum tanquam Christi mini-
strum & cooperarium in Cœna Dominica
porrigere & subministrare: Christum verò el-
se, qui animas eorum fideles intus corpore &
sanguine suo ad vitam æternam pascat: idq; vi
faciat sedulò & ardenter inuocandum esse. Ad
debat etiam se hanc suam responsonem ratio-
masse: Baptizo vos aqua , is autem qui veniet
post me baptizabit vos igni & spiritu. Ad
hanc rationem dicebat te nihil præter risum
& cachinnos respondere potuisse. Huic viro
ut potius, quam tibi nouo historico fidem ha-
beam duabus rationibus moueor. Prior est,
quo d' nonnulli boni viri qui vnā vobiscum la-
uarunt, tuæq; inquisitioni interfuerunt, mihi
Tubingæ dixerunt ministrum illum hac ver-
ba Ioannis, ad suæ sententiæ confirmationem
accomodasse. Vnde quilibet coniçere potest
te eius responsum malitiosè truncare & non
historica

historica sed Græca fide corrumpere. Altera ratio est, quod scio ministrum illum præter & contra nostrarum Ecclesiarum confessionem tibi nihil respondisse, nihil etiam in sua Ecclesia docere. Illa autem verba quæ tu huic loco inseristi in Confessione nostra non memini extare. His duabus rationibus, si placet, tertiam adde, deploratam videlicet tuam & impudenter bene dicta peruerteri, aut etiam ea, quæ alios in mentem nunquam venerunt, affingen- di libidinem & licentiam, non historicam illam quidem, sed poëticam & Lucianicam. Nam quando quoſo probabis nobis ea, quæ in poſteſim tuis commentarijs aduersus D. Gry- næum & D. Danielem Toslanum, commentus es, quando nobis probabis ex scriptis Domini Zuuinglii, Zuuinglium fateri se interpreta- tionem verborum Cœnæ ab atro Spiritu didi- cisse? Quando probabis ex scriptis D. Petri Marryris, Marryrem Dei omnipotentiam ne- gasse? non certè ut etiam amici tui iudicant an te Calendas Græcas. Quare cum toties fidem ſeſſelleris, toties in maniſta fraude deprehenſus ſis, toties fabulas pro historijs venditaue- ris, ignosces nobis veniamq; dabis, ſi in po- ſterum tuæ narrationes, non plus apud nos valeant, nec maiorem fidem mereantur, quam duo libri verarum narrationum Luciani. Cum enim qui ſemel malus & perfidus eſt, ſemper p̄aſſuponatur malus, quid nobis de te qui ha-

M. BEVMLERI

Etenus tam multa vafrè , perfidè & impudenter egisti statuendum sit, tu ipse existimastē potes.

Secundò inquisitor Andreas rursus accessit, ministrumque Tigurinum ad hunc modum adortus est. Num igitur non dicitis; Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis traditum est ? Hic est sanguis Christi qui pro peccatis nostris effusus est.

Si singulis bientijs memoriam huius historiæ replicabis, plurimum eam, ut video, augebis : & ita quidem, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum fabulam complectentibus secernere hanc , quas si fabulam tuæ tentationis & inquisitionis possis , atque modicum corpus conficias. Nam cum ante biennium in disputatione Tübingensi tuos auditores huius fabulæ recitatione oblectares, eiusq; crebra repetitione multa argumenta tibi obiecta soluenda esse arbitraberis, huius secundi paroxismi nullam placere fecisti metitionem. O Marce Tulli Cicero, quam felix fuisses, si pro Luceio, à quo tanto perè flagitasti, ut res tuas gestas amplificando historicæ leges negligeret, hic historicus obti gisset: qui in historia scribenda non modo historicæ leges sibi violandas esse ducit, sed etiam quidlibet singendi cum pictoribus atq; poëtis ex quam sibi sumit potestatem.

Exierum

A P O L O G I A.

86

Ceterum vnde ista sese habeant audiae-
mus responsum ministri , quod hic inquisi-
tor ab eo tulit : nequaquam respondit ille
quia minister cum homo tantum sit, non potest
dare corpus & sanguinem Christi : sed solus
Christus dat,

Miserum te Andrea, si haec scripsisti, etiam-
si non ignorares, neminem fore , qui tibi si-
dem esset habiturus: miseriorem vero, si ita ex-
cavatus es, ut tibi persuaseris te haec commen-
ta vel tuis Tübingeribus persuasurum esse.
Nam multi sunt ex ihs , qui libellum breuem
D. Ludouici Lauateri, quem vestris calumnijs
& criminationibus opposuit, de Ceremo-
nijs ac ritibus nostrarum Ecclesiarum lege-
runt, atque ex eo cognoverunt, nos in adminis-
tratione cœnæ Dominicanæ verba Christi non
mutilara, sed integra recitare, communicanti-
bus proponere & inculcare. Neq; etiā credibi-
le est vlo modo ministrū illū præter & contra
morem, in nostris ecclesijs vñitatū aliquid re-
spondisse: præsertim cum hominis modestiam
& doctrinam etiam asseclat iui, qui vna tecum
Baijs istis vñi sunt, mihi commendarint. Sin
autem Andrea hoc tibi vis, an in nostris Eccle-
sijs, vna cum symbolorum distributione, sigil-
latum cuiq; cōmunicanti dicatur, panis est cor-
pus Christi: respondeo simpliciter id nō fieri:
rationem quoq; expono: quia nullū præceptū,
si Bibenhusianum excipias , vt id fiat , existat:

M. BEVMLERI

atq; idcirco tam omitti, quam usurpari sine impietate potest: de quo Epistola Consolatoria te monuit.

Rationem autem, quam minister Tigurinus sui responsi dedisse, ab inquisitore singulare alio quæstio euertere conatur inquisitor: Cui ergo Paulus inquit: Accepi à Domino quod tradidi vobis, num panem & vinum tantum accepit?

Pulchrè, facie, laute profecto dictum & sapienter. Iugularas hominem, seu potius tuā ignorantiam tuo ipsius gladio. Nam Paulus eo loco non disputat de corpore Christi in & sub pane latitante: non disseruit de eo, an corpus Christi de celo descendat in panem, & in manus suas, ut sua manu ebr̄ijs Corinthijs id in ora ingereret: multò minus locutus est de Vbiuitaria & Capernaïtica manducatione, sed ceremoniam & ritum sacram Cœnam Dominicam rectū pieq; administrandi Corinthijs in memoriam reuocauit. Atq; hæc ita esse duas rationibus addicam necessarijs. Prior est, quod Paulus ritum prophanum, quo Corinthijs Cœnam Dominicam in compotationem immodicam conuerterant, grauitate reprehendit, atq; emendare studet. Posterior est, quod Paulus post ista verba, Accepi à Domino & tradidi vobis, statim subiicit veram formam & ceremoniam Cœnam Dominicam administrandi. Itaçp Andrea intelligis te iurpiter labi & in

& in errorē etiam alios rapere, fallacia figure dictio[n]is. Nam accipere & tradere hoc loco, ut in alijs multis, non significat ita accipere & tradere, vt ancilla in cunis domin[us] sue dat in fantem : ut multi tibi Ubiquitatis formulam parturienti pecunias in loculum dederunt : ut pincerna Bibenhusianus in craterē ubi porrigit vinum. Sed significat dicere & docere, ita ut sit sensus, eam formam & ritum Cœnam Dominicā ad ministrandi vobis præscriptā & commendau[i] quem in Christo Dominō dico & quem nunc vobis in memoria redigo.

Tertio tentator rursus inuasit ministru[m] Tigurinum & hac quæstione proprius v[er]s[u]m: an vero non crederet, Christum quidem dare corpus suum, sed per manū ministri. Ad hoc quæstum sibi responsum esse singit historicus. Minister nihil nisi panem & vinum dat. Hoc respondit Andreas his verbis elusit. Num igitur, dicebam, alia nunc celebratur Cœna Domini, quam que semel à Christo Domino celebrata est ? ut in illa prima corpus & sanguinem distribuerit Christus, quia Dominus erat, in hac vero nostra Cœna Dominicā corpus & sanguis Christi non distribuantur, quia ministri sunt non Dominus, quia ea dispensant.

Quod orationis genus non solum horridum & incultum sit, sed etiam perplexum & obscurum: operæ premium facturi videbimus,

M. BEVMLERI

Si id syllogismi instrumento expurgemus.

Quod Christus in prima Cœna distribuit
id quoque in Cœna Domini ministri hodie sua
manu distribuunt.

At Christus sua manu in pane, sub pane, cū
pane distribuit suum corpus.

Ergo hodie ministri sua manu in pane, sub
pane, cum pane distribuūt corpus Christi.

Assumptio grauissima laborat pétitione
principij, & varia contradictionum implica-
tione. Nam primo queritur, an Christus cor-
pus suum quod in mensa sedet, quod discipuli
viderunt, in cuius sinu Ioannes requieuit, si-
mul in manu sua habuerit, & in pane abscon-
derit: hoc si tu affirmaueris contradictioni in-
explicabili te implicabis. Deinde queritur,
an Christi corpus visibile, palpabile, locale,
quale in prima Cœna fuit & adhuc est, simul
quoque fuerit inuisibile, inpalpabile, illocale,
quale tota Scriptura & erudita antiquitas i-
gnorat: hoc postremum si tu affirmaueris, con-
tradictione te implicabis. Tertio queritur an
Christus corpus suum quod numero vnum &
idem est suo corpore tanquam instrumento di-
stribuerit? An corpus Christi carne & ossibus
& per consequens suis dimensionibus longi-
tudine, latitudine & profunditate constans, in
manu Christi fuerit? An vna eademque ma-
nus seipsum distribuerit, & à discipulis ore ma-
ducata fuerit? An manus qua Christus corpus
suum

siuim distribuit, etiam in pane & sub pane lati-
tauerit. Hæc si tu affirmaueris contradic-
tione te irreties, aut Christo duo corpora neces-
sariò tribues. Intelligis opinor Andrea, quid
syllogismus tuus monstri alat.

Quarto Andreas inquisitor rursus acces-
st, & pro suo imperio, quod sibi in Ecclesiam
Tigurinam insolenter usurpat, in hæc verba
indignabundus erupit, & cur à formulis lo-
quendi abhorreant, quæsiui, quibus orthodo-
xi patres vñi sunt, qui manibus ministrorum
non solum panem, sed etiam corpus Christi di-
stribui & ore accipi, secundum verba Testa-
menti Christi, scripserunt. Sicut falso dictus
Orthodoxus Consensus testatur, qui Tiguri
impressus est, cuius verba illi ad oculum de-
monstrabam, quod dicant, corpus Christi vi-
deri, manibus palpari, labijs & dentibus attin-
gi, & in os ingredi.

Primum Andrea non necesse est ut de Ec-
clesia Tigurinaa eiusq; doctrina multum labo-
res. Nam habet illa Dei gratia suos doctores,
habet suos ministros, habet suos nutrictos, V-
biquiritatis sacerdotibus haud inferiores. Neq;
verò eam existimare debes cuiusquam obscuri
& infamis tyrannidem ferre posse, aut se Ger-
manici Antichristi iugo submissurum esse. Sua
libertate illa fruitur, quam Dei gratia conse-
quuta est: suis se à Deo ordinatis pastoribus &
nutricijs gubernandam tradit: te verò plane

M. BEVILLERI

respuit, tibi in se nihil juris esse restatur, neq; in
tra conchas cellulæ Bibenhiusianæ manere de-
bere arbitratur.

Deinde Andrea quomodo probabis quæ so-
vel nostros, vel Orthodoxū Consensum à phra-
sibus orthodoxorum patrum abhorre, aut
eas improbare? Scilicet patres cum patribus
conferre, phrases cum phrasibus explicare, pa-
tres inter se conciliare, de eorum locutionibus
ex perpetua loquendi consuetudine iudicare:
in Vbiquiratis schola à Patrum phrasibus ab-
horre est.

Sed audiamus responsum ministri: Orthodo-
xum Consensum se quidem vidisse respondit,
sed non legisse affirmabat. Noli Andrea mira-
ti aliquem ex nostris esse, qui Orthodoxum
Consensum, cui nemo nostrum propria mas-
tu subscribere coactus fuit, legerit, quippe
cum nuper admodum, & etiam num hodie in
Palatinatu multi reperiantur qui consentent,
se vestram Vbiquiratis formulam, in cuius
verba iurare contra conscientiam coacti fue-
runt, neq; vidisse neq; legisse, atq; idcirco de-
fendere non posse. Neq; etiam mirari debes,
quod minister hic tibi respondit, ad autores
Orthodoxi Consensus, sc. vt tu loqueris, rei-
se si quid peccauerint: quippe cum doctores
& professores, quorum virtutem & eruditio-
nem tu tantopere extollis, cum ipsis formula
Cōcordia defendenda esset. Illustrissimo Prin-
cipi Cz

tipi Casimiro, eiusq^z consiliariis & conciona-
toribus, idem responsum dederint. Et hæc sunt
quæ ad tua conuicia, & contumelias intolera-
biles, quibus tam me quām ecclesiam & Rem
publicam Tigurinam affecisti respondere vo-
lui. Si vero cui hunc virum durius tractasse vi-
debor, is cogitet Iacobum Andream talem es-
se virum, talia eius facta & instituta, ut
aliter cum eo agi vix possit. Malo
enim nodo malus querren-
dus est cuneus.

F I N I S.

1565352

A 1508667

